This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

888
A30
U36

Aesopus

DE ANIMALIUM NOMINIBUS AESOPEIS

CAPITA TRIA

40

A 468692

888
A30
U36

CAROLUS ULBRICHT

1837
ARTES VERITAS SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

40

DE ANIMALIUM NOMINIBUS AESOPEIS

CAPITA TRIA

888
A30
U36

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM MARPURGENSIUM ORDINE
RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

Carl
(CAROLUS) ULBRICHT
SORAVIENSIS (BORUSSUS)

MARPURGI CATTORUM
TYPIS ACADEMICIS JOH. AUG. KOCH
MCMVIII

Dissertatio inauguralis referente Ernesto Maassio P.P.O.
ab amplissimo philosophorum ordine probata a. d. XIII. Kal. Aug. a. MCMVII.

888
A30
436

PARENTIBUS MEIS
GEORGIO THIELE

Caput primum.

Animalium nominibus Graecis et Latinis non multam adhuc viri docti navaverunt operam. Nam praeter illa, quae Otto Kellerus in commentatione satis brevi[1]) de hac materia profert vocabula disperse et diffuse servata unum sub aspectum subiciens, vix quisquam adhuc de ea disseruit. Atque idem ille antiquorum rerum naturalium peritissimus indagator in opere suo de animalibus[2]) praeclarissimo non tam nomina quam certarum bestiarum historiam illustrare voluit. Ac Thompsonius[3]) ut in avium Graecarum lexico singularem quandam rerum et verborum collegit copiam, ita in singulis vocibus rarioribus longius non moratus est. Aliae denique commentationes ut Cookii, Hillii, Allenii in Anglica ephemeride cui titulus est The Classical Review[4]) impressae selecta attingunt et pauca quasi in transitu animantium vocabula. Quae cum ita sint, viam per hanc materiam amplam et grandem struenti multas difficultates obstare nemo est quin videat. Itaque quaerenti mihi in certam linguae provinciam compingere dissertationem ea quae in fabellis Aesopeis occurrunt animalium nomina quae tractarentur maxime digna esse videbantur. Atque cum primum in eis quae apud

---

1) = „Ausland" 1879, n. 23 et 24 ex oratione publice habita.

2) Tiere des klassischen Altertums in kulturgeschichtlicher Beziehung, Innsbruck 1887.

3) A glossary of greek birds by D'Arcy Wentworth Thompson, Oxford 1895.

4) In voluminibus 8 et 9 annorum 1894 p. 381 et 1895 p. 12.

Phaedrum occurrunt appellationibus versatus essem, Georgio Thiele suadente disputatione longius producta omnia quae antiqui fabularum scriptores usurpaverunt vocabula perquirere destinavi. Quod non sine fructu quodam — etiam ad fontes fabularum cognoscendos — fieri posse putabam, praesertim cum hanc fabularum historiae particulam viri harum rerum periti omnino fere neglexissent. Multae autem in hac materia exstant disceptationes, vel quas rationes in nominibus scriptores secuti sint, vel quae antea iam adiective sint adhibitae voces, quae substantiva sint, quae ioculares exstent, aliaeque eiusmodi quaestiones. Sed gravissimum mihi visum est inquirere, quaenam appellationes per poetici sermonis traditionem, deinde quae ore hominum pervulgatae ac propagatae in fabellas pervenerint, tum quaenam ex his ipsis nomina e certis sermonis regionibus — ut rusticorum, venatorum — hausta sint, denique num forte talia inveniantur cognomina, quae fabularum scriptorum propria esse putemus, ut alias res leviores praetermittam.

Nominum et substantive et adiective usurpatorum enumerationem cum in appendicem relegare mihi in animo sit, nunc priore parte disputationis nomina substantive usurpata ea ex quibus quidem aliquis fructus percipi possit, in quaestionem vocabimus, altera parte omnia sub uno ponemus aspectu.

Exordium mihi facere liceat a voce

Δασύπους.

Quod leporis nomen apud Babrium substantive non occurrit, sed in fragmento fabulae Antisthenicae [1]) in Aristotelis de re publica libro III, 1284 a 15, servato legitur: ... *ἅπερ Ἀντισθένης ἔφη τοὺς λέοντας δημηγορούντων τῶν δασυπόδων καὶ τὸ ἴσον ἀξιούντων πάντας ἔχειν κτλ.*

Breviter vocis historiam persequi mihi liceat.

1) Ad. Mueller, de Antisthenis Cynici vita et scriptis, p. 46 e Politico hanc fabulam sumptam esse coniecit.

Apud comicos poetas *δασύπους* usitatissimum est: Cratinus (Pollux V 67. 68) Kock F C G I p. 121: (*Ἰδέα δὲ λαγὼ καὶ φύσις, τὸ μὲν χρῶμα ἐπίκερνος, ... δασὺς τὴν τρίχωσιν, καὶ τὰ ὕπτια τῶν ποδῶν, ἀλλ' οὐ μόνα τὰ πρανῆ δασυνόμενος, ὅπερ οὔ φησιν Ἀριστοτέλης*[1]) *ἑτέρῳ ζῴῳ προσεῖναι*). *διὰ τοῦτο γάρ μοι δοκεῖ δασύποδα τὸν λαγὼν ἄλλοι τε καὶ Κρατῖνος καλεῖν, ὄνομα ποιούμενος τῷ ζῴῳ τὴν φύσιν.*

Alcaeus in Callisto (Athenaeus IX 399 f) Kock I p. 759:

Κορίαννον ἵνα τί λεπτόν; (B.) *Ἵνα τοὺς δασύποδας*
Οὓς ἂν λάβωμεν ἁλσὶ διαπάττειν ἔχῃς.

Nausicrates in Perside (Athen. IX 399 e f) Kock II p. 296:

Ἐν τῇ γὰρ Ἀττικῇ τίς εἶδε πώποτε
Λέοντας, ἢ τοιοῦτον ἕτερον θηρίον;
Οὗ δασύποδ' εὑρεῖν ἐστιν οὐχὶ ῥᾴδιον.

Antiphanes in Cyclope (Athen. IX 402 e) Kock II p. 65.
Eubulus (ibid. II 65 e) Kock II p. 208.
Nicostratus (ibid. II 65 d) Kock II p. 221.
Praeterea Ephippus in Obeliaphoris (Athen. VIII 359 a) Kock II p. 259.
Diphilus (ibid. IX 401 a) Kock II p. 541.[2])

Comicos poetas Atticos *δασύπους* vocem ioci causa posuisse et in deliciis habuisse satis perspicuum est, quod videntur mihi fecisse, ut popularem quendam huic vocabulo colorem proprium adfectarent. In humiliore praecipue populi sermone nomen usitatum fuisse inde confirmari intellegas, quod *δασύπους* vocabulum a paroemiographis traditum invenimus. Apud Suidam legimus proverbium s. v. (*δασύπους*): *πρότερον χελώνη παραδραμεῖται τὸν δασύπουν*, quod dicitur de rebus quae fieri nequeunt; et *δασύπους κρεῶν ἐπιθυμεῖ* de eo qui, quae penes ipsum sunt, ab aliis impetrare velit.[3])

1) Loc. paul. infra l. Animal. hist. 519 a 22.

2) *Χελιδόνειος ὁ δασύπους, γλυκεῖα δ' ἡ μίμαρκυς.* De „*χελιδόνιαι λαγωοί*" cf. Eustath. 1925, 43.

3) cf. Corp. paroemiogr. gr. vol. I Diog. IV 12; vol. II Apost. V 85.

Quod proverbium a Terentio (Eun. III 1, 36) ita redditur: *Lepus tute es et pulpamentum quaeris?*

Quaerentibus autem cur variaverint scriptores inter *δασύπους* et *λαγώς* fortasse disceptatio oriri possit, num revera *δασύπους* idem valeat quod lepus. Ac primum quidem apud Aristotelem testem gravissimum in animalium historia haec legimus (519 a 22 = III cap. 12 [§ 79 Aub.-Wimmer]): *Τὰ μὲν οὖν ἄλλα ζῷα οὔτ᾽ ἐντὸς ἔχει τρίχας, τῶν τ᾽ ἀκρωτηρίων ἐν τοῖς πρανέσιν ἀλλ᾽ οὐκ ἐν τοῖς ὑπτίοις· ὁ δὲ δασύπους μόνος καὶ ἐντὸς ἔχει τῶν γνάθων τρίχας καὶ ὑπὸ τοῖς ποσίν.*[1]) Quod, ut exposuerunt Aubertus et Wimmerus, ad leporis genus solum quadrare potest, et ex eis, quae ad eius naturam moresque denotanda ille addit, res perspicua est; et quod idem habet 488 b = I 1, 18 *τὰ δὲ φρόνιμα καὶ δειλά, οἷον ἔλαφος, δασύπους, λαγωός . . .*[2]), nullius hoc est momenti, cum *λαγωός* loci interpretandi causa glossam margini adscriptam ac removendam esse recte Camusio visum sit.[3])

Ab hac explanatione valde dissentit Plinius, qui modo dasypodem vocitat cuniculum distinguens a lepore (X 173. 179. X 182. XI 229. XI 239), modo cuniculo opponit vel dasypodem speciem generis leporum (VIII 219) esse demonstrat. Nos Aristotelem sequimur. Quodsi *δασύπους* et *λαγώς* vocabulis ad leporem denotandum promiscue utitur Aristoteles et praeterea *δασυπόδης* (Babr. 69, 1 Crus.) adiective epitheta *λαγώς* voci adiecta inveniri meminerimus, leporis hoc nomen esse manifestum erit; accedit, quod cuniculum secundo a. C. saeculo[4]) in Graeciam a Romanis transportatum esse verisimillimum est. Neque aut Aristoteles aut alii scriptores

1) = Editionis Dittmeyerianae nuper editae p. 94.

2) Et *λαγωός* et *δασύπους* seclusit Dittmeyerus. De vocis in Animalium historia usu cf. eiusdem indicem s. v. *δ.*

3) cf. Aub.-Wimm. adn. p. 201.

4) cf. V. Hehn in opere cui titulus est Kulturpflanzen und Haustiere [7] p. 454.

praeter Plinium *δασύπους*[1]) et *λαγώς* voces discrimine separaverunt.

Duas linguae regiones offendimus, quarum proprium paene *δασύπους* nomen esse intellegitur: Comicorum — seu potius omnino vulgarem sermonem — atque zoologorum ipsorum. In hac re mirum est, quod, cum in Atticis pedestribus litteris fere desit, totiens[2]) in scriptis Aristotelis obvenit quotiens *λαγώς* de lepore perusitatum. Tale igitur hoc loco habemus vocabulum, quod populari vel vulgari usu tritum in doctissimi viri doctissima scripta inductum sit. Sed, ut accidit in delectu verborum, ita hic quidem certorum locorum aut regionum nescio quarum studio aut patrio sermone fortasse permotum Aristotelem hoc imprimis nomen amavisse ego non negaverim. Sed cum in fabula satis vetusta hanc vocem lepori inditam esse videamus, id certissimum mihi quidem videtur fuisse *δασύπους*[3]) in populari sermone et Ionum et Atticorum et omnium Graecorum.[4])

---

1) Item cum *-πους* composita sunt: *ειλίποδες*, *ἐλλόποδες*, *ἐρυθρόπους*, *πολύπους*, *Μελάμπους*; Eberhardus in editione Babriana nonnulla affert nomina in *πους* seu *πόδης* cadentia. — Ceterum Plutarchus quoque *δασύπους* habet duobus locis: de soll. anim. p. 971 D. (Bernardakis VI p. 44) et quaest. convival. p. 729 F. (B. IV p. 339).

2) Ut ex Bonitzii indice perspicitur.

3) De *λαγώς* ave = *λαγώπους* = *δασύπους* videas Fickium, die namenartigen Bildungen der griechischen Sprache, in Curtii Studien zur griech. u. latein. Grammatik vol. IX p. 173. *λαγωίνης* = *λαγώπους* ibid. p. 195.

4) Pro lepore nostra in lingua nomen Rauchfuss nusquam inveni, sed legitur vox, ut e Grimmii lexico (vol. VIII) perspici potest, de aliis animalibus: rauhfusz = Trommeltaube, columba dasypus, (rauchfusz in indice) apud Nemnichium (exitu saec. XVIII) scriptorem rerum naturalium, atque schneehuhn nostratium (lagopus) ita vocitatur; exstant quoque Dasypodios (e „Hasenfuss“ redditum) et Rauchfuss nomina propria. [Dasypodius 16. Sc. initio ap. Theob. Zieglerum, Geschichte der Pädagogik p. 76].

Aliud leporis vocubulum est

Πτώξ.

In Babriana paraphrasi, quae exstat in Coraisii collectione (n. 363 p. 237), lepus nomen habet *πτώξ*, quod idem apud ipsum Babrium (fab. 102, 10) adiective usurpatur.

Notionem vocabuli, quod significat pavidus (= ducker?), grammatici scite explicant. cf. Pollux V § 72: *δειλίᾳ δ' ὑπερβάλλει τοῦτο τὸ ζῷον ἔκπληκτον ῥᾷστα γενόμενον καὶ ἀναπτοούμενον, ὅθεν καὶ πτὼξ ὀνομάζεται.*[1])

Hoc vocabulum, vetustissimum est, cum iam in Iliade usurpetur cum *λαγωός* coniunctum XXII 310:

οἴμησεν δὲ ἀλεὶς ὥς τ' αἰετὸς ὑψιπετήεις,
ὅς τ' εἶσιν πεδίονδε διὰ νεφέων ἐρεβεννῶν
ἁρπάξων ἢ ἄρν' ἀμαλὴν ἢ πτῶκα λαγωόν.

---

1) Venatores leporem „krummer" vocitant; forsitan eadem de causa animal ab rusticis Hassiacis „schäpper" = schiefer appellatur, ut venator quidam me docuit. — *Πτώξ* substantivo, quoad circumspicere potui, apud Graecos nullae aliae bestiae insignes esse videntur. Sed optime ei alia epitheta apud Germanos usitata respondent, e. c. huckete de rana (cf. hocken = kauern) ap. Jul. Leithaeuserum, Volkskundliches aus dem Bergischen Land, I, Tiernamen im Volksmunde, pars I, 1906; kauert vox de sciuro usurpata nescio an cum ‚kauern' cohaereat; de Cauer nomine proprio Maassius me admonet.

Neque minimi interesse censeo varia leporis vocabula popularia conferre, quae collegit Richard Wossidlo, Mecklenburgische Volksüberlieferungen, vol. II Die Tiere im Munde des Volkes, pars 1 (Wismar 1899): herr samesfeld; Herr junker spring in 't feld; hippelwippel in de welt; stummelstiert [gall. caoué = excaudatus: Rolland, Rimes et jeux de l'enfance, Paris 1863]; kurzschwanz; wippsteert; wipparsch; wippnors; wuppnors; wuppwupp; kohlmuul; griesmul [hoc in Westfalens Tierleben (Paderborn) I p. 386]; glotzauge; graujack; in Helvetia jud „mit dem tertium comparationis vielfacher Verfolgung"; quanta copia pulcherrimorum nominum in Graeco sermone celebratorum periit!

Substantivum est Il. XVII 676:

ὥς τ' αἰετός ....
... ὄντε καὶ ὑψόθ' ἐόντα πόδας ταχὺς οὐκ ἔλαθε πτώξ,
θάμνῳ ὑπ' ἀμφικόμῳ κατακείμενος.

Hic quaestio oritur, num poeta, si quidem eundem poetam utrumque locum composuisse credibile est, primariam vocis significationem senserit; in priore loco rem ita se habere inde iam perspicuum est, quod epitheton *πτῶκα* adiective ad *λαγωόν* ut *ἀμαλήν* ad *ἄρνα* ponitur; quod ad alterum locum attinet, idem verisimillimum videtur, quamvis e poetae ipsius verbis certo intellegi non possit.

Sed inspiciamus alios scriptores.

Theocritus, qui ut rerum rusticarum peritissimus singularibus verbis valde delectatur, habet I, 110: *καὶ πτῶκας βάλλει καὶ θηρία πάντα διώκει.*

Epigrammatum[1]) testimonia addo:

Euphorio Chalcidensis fg. inc. sed. LXIV M:

Πτῶκες ἀειχλώροισιν ἰαύεσκον μολοθούροις.

Agathias (Anthol. Pal. VI 72):

Εἶδον ἐγὼ τὸν πτῶκα καθήμενον ἐγγὺς ὀπώρης
βακχιάδος, πουλὺν βότρυν ἀμεργόμενον.

Philippi Thessalonicensis epigramma dedicatorium (A.P.VI 92):

Αὐλὸν καμινευτῆρα τὸν φιλήνεμον ....
πτωκὸς πόδας τε τούσδε λειψανηλόγους.

Accedit Bianoris epigramma A.P. IX 227.

... Αὐτὰρ ὁ δισκηθεὶς κατακαίριος ἔμπεσε δειλῷ
πτωκὶ ταχύς[2]) (*παχεῖ* Stadtm.) ...

---

1) In quibus saepius animantium praeclarissima nomina leguntur.

2) *Ἀκταίην παρὰ θῖνα διαυγέος ἔνδοθεν ἅλμας*
ἰχθύα πουλυπόδην ἔδρακεν ἰχθυβόλος·
νηχομένῳ δ' ἐπόρουσε καὶ ἐξ ἁλὸς ἧκ' ἐπὶ χέρσον
ἁρπάγδην ἄγρης δεσμὸν ὑποφθάμενος. Αὐτὰρ ὁ κ. τ. λ.

Ubi vis *πτώξ* vocabuli epitheto *δειλός*[1]) confirmatur. Neque omittamus Philostratum in Imaginibus II, 2 (ed. Vindobon. p. 64): *Κολακεύει δὲ αὐτὸν ὁ Χείρων οἷον λέοντα πτῶκας ἁρπάζειν καὶ νεβροῖς συμπέτεσθαι.*

Facile quis contendat Theocrito et epigrammatum auctoribus nec non Philostrato id leporis nomen ex Homero vel certe ex epico sermone notum fuisse, ut Aeliano[1]) (N. A. X. VII, 19 et 47) ad poetas vocem restringendam censenti fides habenda esse videatur. Sed hanc sententiam reiciendam esse e Theophrasto (Hist. Plant. IV, 3, 5) apparet. Ubi cum „*ἐνίους*" ut auctores affert, „*Φύεσθαι*" ait „[*ἐν Λιβύῃ*] . . . *καὶ πτῶκα καὶ δορκάδα καὶ στρουθὸν καὶ ἕτερα τῶν θηρίων.*" Jam enim quis est quin disceptet, utrum ex Homericis carminibus Theophrastus *πτώξ* vocabulum hauserit an aliter res se habeat? Homericum *πτώξ* nomen, ubi carminum Homericorum auctoritate pervagatum in vulgus emanaverit, in Theophrasti librum inde fluxisse cogitari possit; sed ne hoc quidem verisimile esse mihi videtur. Illud magis veri speciem prae se ferre existimo poetam, qui Homericos versus illos confecerit, ipsum iam vocem e sermone vulgari Ionum sumpsisse, et Homerico illi poetae cum Theophrasto eundem fontem exstitisse vulgarem orationem valde credibile est.[2]) Iliadis autem poeta secundo loco (XVII 676) primariam et vere popularem loquendi formam adhibet, at contra priore loco epico more duo diversa leporis vocabula alterum alteri adiective sup-

1) cf. Oppian. I 165 *δειμαλέος πτώξ*; Suidas: *πτώξ· λαγωός*; Hesychius plura animalia ut timidiora sic appellari (adiective) docet: *πτῶκες, δειλοί, λαγωοί, δορκάδες, ἔλαφοι, νεβροί.* — Lacedaemonios item *ταχίνας* pro lepore (et de cervo) ponere Aelianus (N. A. VII, 47) testatur; neque non respondere *σκίνακες* (derivandum a *κινέω*?) *ἐπὶ τῶν λαγωῶν* sunt qui existiment; cf. Nicandr. Alexiph. 67 et Theriaca 577.

2) Praeter *πτώξ* in Aesopicis fabulis nullum invenitur bestiarum cognomen quod in Homericis iam carminibus legatur. — De Theophrasti loco agit Osk. Richter, Die botanischen Schriften des Th. von Eresos, in Jahrb. f. Philologie, Suppl. VII p. 479, de *πτώξ* tamen voce nihil affert.

ponendo coniunxit. Neque aliter res in *τρήρων* columbarum cognomine se habet (de columbis Od. XX 243, Il. XXII 140 adi.), quae vox tam gravem habet significationem, ut *τρήρων* de columba ipsa usurpetur: *πολυτρήρωνα* . . . (Il. II 502 et 582)[1] = multas columbas habentem.

Haec igitur nominis historia: primo adiectivum erat, deinde substantivum in sermone cotidiano, tum ex his finibus a poetis evocatum primariam vim perdidit.

Κερδώ.

Hoc vulpis nomen saepius apud Babrium occurrit: 19, 3. 50, 13. 81, 1, 3. 82, 4. 101, 5. 106, 9, [16,] 20. 158, 2;[2]) in fabula 95, qua in adornanda non mediocrem curam consumpsit poeta, quinquies adhibetur.

Fuit haec vox vetusta; legitur enim iam in Pindari loco illo ab Huschkio[3]) restituto (Pyth. II, 78): *κερδοῖ δὲ τί μάλα τοῦτο κερδαλέον τελέθει;* cui loco Aesopicam fabulam subesse apparet. Accedit Aristophanes, Equites 1068: *Δολιὰν κερδὼ πολύιδριν;* Lucianus Aesopicam fabulam afferens (Hermot. c. 84): *Ἄχρι δὴ τὴν κερδὼ*[4]) *παραστᾶσαν εἰπεῖν αὐτῷ κ. τ. λ.* Explicationis eget quod de mustela etiam dicitur apud

1) *τρήρων* columbae nomen ad *τρηρός* vocem (= timidus) apponendum. Item aliud animalis nomen in *ων* cadens invenitur apud Hesychium *δρόμων* de *δρόμος* pro cancre, iocose dictum ut videtur, cf. item formata vocabula *γνάθων* ad *γνάθος*, *φύσκων* ad *φύσκη*, *τρίβων* ad *τριβή*, *αἴθων* ad *αἰθός* etc. (Brugmann, Grundriss d. vergleich. Grammatik d. indogerman. Sprachen II, 1 (1906) p. 299. 300); de verbis in *ων* exeuntibus inspicias Pottium in Bezzenbergers Beiträge VIII p. 45.

2) Ubi lepus vulpi dixit „*ὄντως πολλὰ κερδαίνεις, ὅτι ὄνομά σοι κερδὼ ἔσαν*“, cf. indicem verborum in Crusii editione.

3) Huschkii explicationem (in Matthiae miscell. philoll. I p. 30 sqq.) omnes fere editores receperunt: Dissenius, Christ, Gildersleevius, Bergk P L G[4] alii. Egregie explanavit locum Wilamowitzius in „Sitzungsberichte d. Kgl. Preuss. Akademie d. W. z. Berlin“ 1901 p. 1313 sqq.

4) cf. quoque Eustathium ad Il. X 247 (p. 1268, 8) interpretantem: *Μάλιστα δὲ προσφυὴς τῇ ἐνταῦθα κερδοσύνῃ ἡ κερδὼ ἀλώπηξ, ὅ ἐστιν ἀπατητική, δολερά.*

Artemidorum III, 28 (Hercher p. 179 sq.): *Γαλῆ γυναῖκα σημαίνει πανοῦργον καὶ κακότροπον καὶ δίκην· ... καὶ ἐργασίας καὶ ὠφελείας· καλεῖται γὰρ πρός τινων κερδώ.*[1])

Tres illos auctores — omissis veterum interpretationibus — cum Aesopicis fabulis nescio quo modo cohaerere primo aspectu manifestum est, quod casu accidisse a verisimilitudine valde abhorret. Ac si permultos quibus *κερδώ* occurrit versus Babrianos inspexeris, hanc vocem fabularum propriam esse et ex fabulari ut ita dicam regione originem sumpsisse pro explorato paene censendum est. Pindarum hoc vocabulum novavisse iusta deest causa cur omnium probetur consensu; ipse quoque poeta iam ex fabularum notitia vocem hausisse videtur.

Sed alia quaestio latius patet; nam quod vulpes feminino cognomine vulgo vocatur, non inde hoc satis declarari potest, quia *ἀλώπηξ* etiam semper feminine usurpatur; quaerendum porro, cur *ἀλώπηξ* ipsum femininum sit. Ac profecto Graecos, ut *(ἀλώπηξ,) κερδώ, σκαφώρη,* alia feminine appellarent, non grammaticis rationibus nescio quibus, sed ut vulpium naturae et femineae praecipue vulpis speculatores ac venatores commotos esse mihi quidem pro explorato est. Quodsi haec bestia in silvis homines — quamvis callidissime — devitare cupit, hoc solum cur haec praecipue bestia callidissima vocitetur iusta causa nondum fuerit. Nam rursus occurrit nobis quaestio, cur femineas imprimis vulpes astutiae exempla esse tradant nomina. An putas venatores vulpem persequentes curare, utrum femineum an masculinum interfecturi sint animal? Cum vulpes hominem advenientem, ubi magno ex intervallo animadvertit, fugiat, unus relinquitur locus, quo naturam moresque ut aliorum animalium ita vulpium praecipue optime cognoscas: foveam dico vulpium. Ubi marem videndi admodum raro datur occasio; saepissime autem feminam hic

---

1) cf. Hercheri editionem de varia lectione „*κερδὼ καὶ ἱλαρία*“ in codice quodam tradita.

cum catulis ludis ineptiisque se delectantem opprimere solemus; huc affert femina[1]) bestiolas semivivas, ut pulli quomodo eas capiant discant et versutias fraudesque matris imitentur. Hanc igitur praecipue femineae vulpis naturae cognitionem femininas vulpium appellationes apud Graecos effecisse mihi verisimillimum est; atque Aelianus (N. A. VII, 47) cum „αὐτὴ ἡ μήτηρ“ κερδώ et σκαφώρη et σκινδαφός compellari doceat, hanc sententiam confirmare videtur.[2]) Ceterum hoc recte me observavisse non desunt qui mihi comprobaverint venatores; praeterea rusticos, cum vulpes variis fraudibus excogitatis in volatilium stabulis saevierint cruenta strage facta, „femineam vulpem infuisse“ dicere amicus quidam mihi narravit.

Quod ad grammaticam huius vocis attinet, Suidas iam recte adnotat: Κερδὼ ὑποκοριστικῶς (deminutive) ἡ ἀλώπηξ. ὡς Εἰδοθέα Εἰδώ, Ὑψιπύλη Ὑψώ.[3])

Κερδώ nomen proprium, ut Reineke nostratium, etiam hominibus impositum raro offendimus, e. gr. *Κερδώ* uxor Phoronei vocitatur apud Pausaniam II 21, 1; Ἀλώπηξ Suida teste ὄνομα κύριον est;[4]) de *Κέρδων, Κέρδος* videas Fick-

1) Cum catulis providere apud vulpes multo magis quam apud alia animalia feminarum sit (maribus incuriosis), calliditatem earum iam inde augeri facile intellegitur. — Certum de catulis caput habet Aelian. N. A. VII, 47, de quo nonnulla in dissertatione Fresenii, de λέξεων Aristophanearum et Suetonianarum excerptis Byzantinis. Ceterum et poetis res metrica et aliis brevissima per se forma causae fuerunt, cur hanc vocem diligerent.

2) In κερδώ voce (feminine vulpem denotante) Graecorum fabulas magis quam Germanorum naturam secutas esse perspicitur.

3) cf. Maass, Mythische Kurznamen, Hermae vol. XXIII p. 613; Fickius in Curtii ‚Studien' IX stirpem et compositum additum in unum coacta esse censens.

4) De animalium nominibus vulgaribus ioci causa ad homines translatis egit Grasberger, Die griech. Stichnamen, Würzburg² 1883 p. 31, 34, 57; cf. Fr. G. Sturzii opuscula p. 108 sq. et 120 sq. Atque nomina Aristophanis quae loco vocum contumeliosarum sunt affert Bauckius, de proverbiis aliisque locutionibus ex usu vitae communis petitis apud Aristophanem comicum, Regimonti Pr. p. 7.

Bechtel: Griech. Personennamen² p. 160; de *Κίναδος* cf. infra; de Latinis animalium appellationibus ex hominum nominibus formatis vide p. 29.

Quidquid epithetorum veteres vulpi indebant, callidissimam eius mentem raro neglegebant. Ut hic *κερδώ* vulpes compellatur, ita Aristophanes Av. 430 *πυκνότατον κίναδος* (= callidissima vulpes) dicit; ut *ἀλωπεκώδης* adiectivum ad astutiam hominum designandam tritum erat, ita *κίναδοι* [1]) appellabantur ei, qui artes fraudesque omnigenas necterent.

Nomina haud ita pauca vulpibus Graeci imposuisse videntur; tredecim haec ab Hesychio exhibita afferre mihi liceat, quorum nonnulla explicationis egent: *ἀντικύων. βασσαρίς, βασσάρη παρὰ Κυρηναίοις.* [2]) *ἐβῆνοι. θάμιξ. κάθουριν. κιδάφη. κίῤῥα,* qua in voce *κίῤῥος* (gilvus) inesse videtur, et *κίραφος,* [3]) quas tamen glossas in unum coniungit G. Dindorfius. *κοθοῦρις, κολουρίς, κολοβοῦρος. λαμπουρίς.*

1) Hes. *κίναδος· θηρίον. ὄφις.* Item *κηκάς* „ion. pro *κακός*" = vulpes Nic. Al. 185; cf. *κίραφος, κιδαφεύειν, κιδαφίων, κιδάφη,* pro qua forma in Photii lexico etiam *κίνδαφος* et *σκίνδαφος* militant. *Κίναδος* est gubernator Menelai versutissimus Paus. III, 22, 10. Pott (mytho-etymologica): Kuhns Zeitschr. IX p. 340 adn.; Soph. Aias 103: *τοὐπίτριπτον κίναδος* de Ulixe etc. Cum feram callidiorem sic vocari contendunt tum peculiariter vulpem (Suidas s. v.). Nonnulla de subdola vulpe in proverbium etiam abeunte v. ap. Liebelium, Archilochi rell. p. 167 sq.

2) *βασσύραι* = bacchae, e vulgari opinione, ut vulpium pellibus indutae (cf. P.-W. s. v.). cf. quoque Etym. M. 190, 52: *βασσάρη· ἀλώπηξ καὶ ἡ καιωφερὴς καὶ πόρνος γυνή.*

3) Etymologice explicat verba Schraderus haec (= Studien auf d. Gebiete d. griech. Wortbildung I in B. B. XV p. 135 sqq.): *φοῦα* = „Faucher"; *κίραφος* = *σκίραφος* = germ. vet. (ahd.) scero „maulwurf" = „Gräber"; *κόθουρος* = *σκόθουρος* ut malitiosus (Hes. *ἀχρεῖος* et *κακοῦργος* s. v. *κόθουρος* interpretandi causa addit; cf. *κοθώ* = *βλάβη*). *κόλουρος, κόλουρις* = „Gräber" (non = cui cauda detruncata est). *λάμπουρις* vetustiore testimonio confirmatum est ex Aesch. fgm. 433 ap. Photium p. 206, 18, etc.; certum denotari vulpis genus O. Kellerus, Tiere d. klass. Altertums p. 184 censet.

φοῦαι addo. Aliud vulpis nomen σκαφώρη est, ut docet Aelianus N. A. VII, 47: ἀλωπέκων δὲ τὰ ἔκγονα ἀλωπεκιδεῖς κέκληνται, αὐτὴ δὲ ἡ μήτηρ καὶ κερδὼ καὶ σκαφώρη καὶ σκινδαφός. Σκαφώρη,[1]) σκάπτω, σκαφεύς, σκάφος inter se cohaerere cum Georgio Curtio (Grundzüge der griechischen Etymologie 167) ostendit Schraderus (B. B. XV [2])) simillimis verbis allatis; vocem compositam esse ex σκάφος = fovea et suffixo ωρος = ουρος (cf. οἰκουρός) probabiliter coniecit Maassius, ut benigne mecum communicavit, quod cum eis quae de vulpe feminea supra exposui optime congruit. Schraderus [3]) quod a Semiticis gentibus Graecos de illis bestiae moribus antea non cognitis certiores factos esse censet, Graecorum nativam illam indolem, qua ut aliis in rebus ita in animalium natura moribusque observandis ac depingendis suum sequuntur ingenium, neglexisse omnino mihi videtur.

Μιμώ, Καλλίας.

Μιμώ (Babr. 157) „imitatrix", feminine de μῖμος formatum vocabulum. Vox, etsi fortasse antiqua, in litteris praeter Babrium apud Byzantinos demum, casu certe, invenitur: Eustathius [4]) saec. XII (in Eroticis scriptoribus ed. Hercher II p. 251, 19 = ed. Paris. p. 576): „. . . . καὶ

---

1) De eis nominibus quae in ουρα exeunt vide s. v. αἴλουρος: non modo feles, sed etiam vulpes vocibus efferebantur eis, quae sive ex ubertate quadam populi ingenii sive revera ipsa cum ουρα stirpe conferebantur. — cf. cum κίραφος küelhas de küelen = wühlen pro cuniculo (Vorarlberg): K. W. de Dalla Torre, Die volkstümlichen Tiernamen in Tirol und Vorarlberg, in „Beiträgen z. Anthropologie, Ethnologie u. Urgeschichte von Tirol und Vorarlberg" (Innsbruck 1894) p. 111.

2) In suffixo -ωρη οὐρά stirpem inesse Schraderus putat neque autem Atticorum vel Ionum sed Dorum inesse formam, apud quos notissimus erat vulpes, cf. φοῦα ac κίραφος nomina a Laconicis indita (Hes.).

3) Kuhns Zeitschrift f. vergleichende Sprachforschung 30, N. F. 10.

4) Sic Rohde et alii; ‚Eumathius' Krumbacher mavult.

παρθένος Ῥοδόπη Σωστράτου θυγάτηρ οἰνοχόει, καλὴ μὲν κατὰ παρθένον ἁπλῶς, πρὸς δέ γε τὴν ἐμὴν ἐκείνην Ὑσμίνην ὡς πρὸς Ἀφροδίτην μιμώ, . ." Achmet Oneirocritica c. 135: *πίθηκον ἤτοι μιμώ;* 282 *Ἐάν τις ἴδῃ ὅτι ἐπολέμει μιμοῖ οἰκείᾳ . .;* ac passim toto isto capite.

Neque tamen verisimile est hos scriptores a Babrio vocem hausisse. Vocabulum nescio an in linguae regionibus occultis vel penitus abditis per multos annos delitescens, cum plebi notum fuerit, a scriptoribus posterioris demum aetatis assumptum sit.

Quaesivi supra, cur feminine denotent vulpes Graeci. In *μιμώ* vocabulo paulo aliter rem se habere apparet, cum et *πίθηκος* per *μιμώ* redditum non sit femininum et in fabulis mares saepius quam femineae inducantur. Sed fabula illa, qua simia mater filium pulcherrimum existimat, cum in femineos praecipue animos conveniat, haud scio an hic subfuerit; argumentum quidem fabulae illius simiarum arrogantiam cum omnium tum feminearum illudentis vetustissimum videtur (cf. Semonides Amorg. = Bergk P. L. G. p. 742).

Addo *καλλίας*, quod certam de simia sententiam fabulis pervulgatam causam fuisse manifestum est, ut animal ita vocitaretur; et optime nomen ex fabula Babriana (56) declarari posse videtur, ubi quam vana de genere suo opinio sit simiae formam corporis pulcherrimam iactantis narratur. Argumentum breviter repetamus: „Fecunditatis praemia postquam Juppiter cunctis animantibus proposuit, praeter alias bestias simia quoque pulchrae scilicet prolis mater advenit, simiolum turpissimum secum gerens; et sic ea locuta est: Juppiter quidem novit cuius victoria sit; at hicce meus mihi est ante alios formosior omnes!" Nonne hac fabula simiam quae *Καλλίας* nominetur dignum esse ostenditur? Et sicut fabulae res vulgo pertritas et communis de rebus sensus consuetudines reddere solent, ita ex hac fabula opinio de simia vulgaris optime intellegi potest.

Atque eadem sententia Pindari loco illi subest (Pind. Pyth. II, 73): *Καλός τοι πίθων παρὰ παισὶν αἰεὶ καλός.*[1]) Poeta hoc in carmine familiariter cum Hierone colloquens admonet eum, ut semet ipse cognoscat neve, quidquid de ipsius facultatibus praedicent adulatores, credulus audiat, cum illud praebeat exemplum Pindarus: Aulici assentatores qui ea etiam probant quae probari non possint, pueris comparantur, a quibus simius pulcher dicitur quia bene saltat iocumque parat etsi turpis est, quippe quod facetum animal hac voce aut deludunt et assentando irrident aut stolide admirantes propter inscitiam ita appellant. Pueris enim apud Graecos hunc morem fuisse apparet, ad quem alludere hic Pindarus videtur.[2])

Simiam in numero animalium haud ita pulcherrimorum esse cum Romani tum Graeci clamitant; cuicumque simia foras exeunti obviam ibat, ei malo erat omini.[3]) Summae deformitatis homines Simia vel *Πίθηκος* appellabantur. Permulta de hac re colligi possunt veterum testimonia;[4]) illud etiam plus auctoritatis in se continere videtur, quod *πίθων* eiusdem

---

1) Viam huius loci explicandi primus aperuit Huschkius in Miscell. philoll. vol. I p. 31 sqq., qui ad fabulam quandam Archilochi respici monuit. Luculentius de eodem loco egit Aug. Matthiae, Vermischte Schriften, Altenburg 1842 p. 96; — de simiae apud Graeos historia v. O. Keller, Tiere des klass. Altertums, et Oder apud P.-W.; Kellerus Gallorum pueros hodie simios „Martin, fais le bon!" compellare admonet; cf. nostrum „Schönmachen" de cane e. c.

2) cf. Christ. comm. ad h. l.

3) cf. Ennius sat. l. inc. 69 Vahl.[2]: simia quam similis turpissima bestia nobis! Cic. d. nat. d. I, 35. 97. Serenus Sammonicus (P. L. M. III Baehr.) lib. med. 819. etc. [P.-W. s. v. Affe.].

4) Ut fecit Heindorfius ad Hor. serm. I, 10, 18. — Semonides Amorginus, qui primus praeter Archilochum Graecis hoc animal notum fuisse docet, feminam ex eo oriri facit, quam turpissimis coloribus depingit (7, 71 sqq. B); Lycophron 1000 (cf. Tzetzen ad Lyc.); fabula in Archilochi carmine illa in haec verba exit: *τοιήνδε δ' ὦ πίθηκε τὴν πυγὴν ἔχων.*

stirpis atque „foedus" Latinorum esse Graecosque ubi novae animantis mores cognovissent nomen illi indidisse Solmsenius ostendit (Mus. Rhen. 53, 142). Quid multa? *Καλλίας* ioci causa simiam appellari neminem fugiet. Quae vox quando orta sit certo hodie cognoscere non possumus; haec addo testimonia: *Καλλίης* in Herondae mimiambis (Crus.) III 41: *κάθηθ' ὅκως τις καλλίης κάτω κύπτων.* Galenus de usu part. I 22: *Εὐήθεις ἄνθρωποι λέγονται μὲν καὶ οἱ κακοήθεις ἐν ὑποκρίσει τινί, καθάπερ καὶ πίθηκος καλλίας.* Helladius ap. Phot. Bibl. p. 535, 11. Hesychii glossa: *Καλλίαρ παρὰ Λάκωσιν.* Suidas s. v. *καλλίας: . . . καὶ καλλίου, πιθήκου. τὰ δυσχερῆ γὰρ τῶν ὀνομάτων εὐφημότερον εἰώθασιν οἱ Ἀττικοὶ προφέρεσθαι, καὶ τὸν πίθηκον οὖν καλλίαν προσηγόρευσαν.* Idem Dinarchi locum affert: *Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Πυθέου· Ἀλλ', οἶμαι, ὥσπερ οἱ τοὺς καλλίας ἐν τοῖς οἴκοις τρέφοντες.* Certe *καλλίας* simiae nomen ut *Καλλίας* hominum proprium nomen (apud Herodotum iam obvium V 44, VI 121[1])) satis vetustum esse existimo. Alia in medio relinquitur quaestio, utrum haec appellatio funditus novata an ex hominum nomine usitatiore translata sit.

Κνηκίας.

In Babrii fabula 122, 11 lupus *κνηκίας* nominatur:

Ὁ δ' ἐκλυθεὶς πόνων τε κἀνίης πάσης
Τὸν κνηκίην χάσκοντα λακτίσας φεύγει,

quem iam in fabula 113, 2 *κνηκὸν λύκον* appellavit. Hoc loco poeta dicit de equo, qui lupum diducto hiantem rictu calcibus impetens aufugiebat. Non est dubium, quin hoc de quo agimus

---

1) Aristoph. Aves 284, ubi iam *καλλίαν* pro simio fortasse in mente habet Euelpides. Postea saepissime *Καλλίας* nomen offendimus, affero ex Inscr. Gr. Pelop. et ins. vic. (vol. I) 757 A 25, B 8, 926, 34. 35. 48; 1464; 1484, 58; 1485, 77. 78. 80. 82. 84. 87—89. 118 etc. — *Πίθων* ac similia nomina inspicias apud eundem Solmsenium.

vocabulum a fulvo vel rutilo[1]) lupi colore sumptum sit, et nusquam alibi eadem vox invenitur nisi quod Suidas habet: *κνηκίας· ὁ λύκος*. Praeterea Pausanias idem equi nomen offert, de quo suo loco disseremus. *Κνηκός* vocabulum, a quo *κνηκίας* derivatum est, haud ita raro invenitur; Hesychius *κνηκόν* appellari *τὸ κροκίζον χρῶμα* testis est. Ac Babrius quod hoc nomen pro *λύκος* posuit, id egisse videtur, ut orationem variaret et distingueret simulque nativum lupi colorem una voce eaque minus usitata exprimeret; sed dubium est, utrum poeta sententiam voci insitam servaverit necne.[2])

Idem vocabulum[3]), quamvis dorica forma, apud Pausaniam legimus (VI, 10, 7) de equo[4]) Cleosthenis Epidamnii Olympionicae positum. Iam ad cetera huius stirpis vocabula venio, quae ponebant scriptores, ut animalia eisdem coloribus praedita depingerentur:

---

1) Oppian. de venat. lib. III 293 (Rittershus.) quinque luporum genera faciens, quae non temere alibi repperias, unum genus ‚*χρυσοῦς*' lupi affert, quod *κνηκίας* huic voci optime respondeat, cum tamen apud Babrium certum respici genus non sit censendum.

2) Lupos in eis quos hodie Abruzzen appellamus montibus flavos esse notum est.

3) Ab adiectivorum formis antiquitus femineis complura verba cum propria tum appellativa in *-ιας* cadentia ortum habent: *ἀσφαλτίας*, *αἰολίας*, *καρχαρίας*, *κωφίας*, *ξανθίας*, *πυῤῥίας*, *τυφλίας*, quorum primum est spondyli (spinalis), cetera animalium quorundam nomina, neque tamen ita propria, ut ad alias res transferri non possint; cf. Lobeckii Pathol. Proleg. 499; E. Maass, Die Griechen in Südgallien, = Jahreshefte d. Oesterreich. Archäolog. Instituts vol. IX (1906) p. 140 adn. 11; nonnulla de hac re apud Kühner-Blass, Grammatik I, 2[3] p. 281. Permulta inspicias exempla apud Fickium, Die namenartigen Bildungen d. griech. Sprache, = Curtius' Studien IX, p. 177 sqq.

4) Ubi quattuor equorum nomina exstant, e quibus tria ob colorem indita: *Φοῖνιξ* (nos „Fuchs", „Brauner"), *Κόραξ* („Rappe"), *Κνακίας*.

Hesychius item pro equo *κνακός*[1]) habet, atque occurrit *κνηκίς* (*κνῆκις*?, nostrates „bläss“): idem sub hac voce cum alia tum *ἔλαφος* affert; vocabulum de omnibus cervis aut de certo earum genere maculis flavis distinctarum[2]) positum.

Κνάκων Theocritus III, 4, 5:

καὶ τὸν ἐνόρχαν τὸν Λιβυκὸν κνάκωνα[3]) *φυλάσσεο μή τι κορύψῃ*, ubi scholiastes „*ἀπὸ τοῦ κνήκους τοῦ σπέρματος*“ adnotat; multo verisimilius est hircum maculis albis rufisque vel nigris mixtum fuisse, unde nomen exoreretur; optime ad colorem canum hoc refertur; apud eundem (Theocr. VII, 15, 16) *κνακός* adiectivum est: *λασίοιο τράγοιο κνακὸν δέρμ(α)*.

Epigramma dedicatorium Agathiae (Anth. P. VI 32) habet etiam *κνακός* adiective cum *τράγος* coniunctum:

Δικραίρῳ δικέρωτα, δασυκνάμῳ δασυχαίταν,
ἴξαλον εὐσκάρθμῳ, λόχμιον ὑλοβάτᾳ,
Πανὶ φιλοσκοπέλῳ λάσιον παρὰ πρῶνα Χαρικλῆς
κνακὸν ὑπηνήτᾳ τόνδ᾽ ἀνέθηκε τράγον.[4])

Accedit incerti temporis oraculum (Epigrammata graeca ed. Kaibel 1034, 23)[5]), quod hoc iubet:

---

1) Eadem fere sententia *κηλάς* voci subest, de qua Hesychius: *αἴξ, ἥ τις κατὰ τὸ μέτωπον σημεῖον ἔχει τυλοειδές* (cf. *εἰλάς* et *κατειλάς*). Suidas de vulpe habet: *κηλάς· ἀλώπηξ*, cum plurimis autem e Nicandr. Al. 185 *κηκάς* (= *λοίδορος*) lego, praesertim cum in tribus codicibus haec glossa omittatur. De „Falke“ nostratium cf. infra pg. 56.

2) ¿*Ἵππος*? ad elapsam glossam *κνακίας* referendum esse vix credibile est.

3) Haec caprarum et hircorum apud Theocritum nomina ad colorem spectantia sunt: *Κισσαίθα* I, 151 [quod Jeschonnekius („de nominibus quae Graeci pecudibus domesticis indiderunt“) scholiastem impugnans dictum censet, quia alba sit capra ut hedera]. *Φάλαρος* V, 103. *Λευκίτας* V, 147. *Λέπαργος* IV, 45 (*λέπος* -*ἀργός*); cf. tauri nomen Theocr. XXV, 139 *Φαέθων* ex colore petitum.

4) cf. Suidas s. v. *κνακόν*.

5) = „oraculum Calliupolitis (Callipoli Chersonnesi thracicae) a nescio quo deo heroeve Aeni in urbe culto datum ad pestilentiam avertendam.“

. . . . *ἔρδειν ὑπουδαίοις θεοῖς, ε[ὖ ἴ]σθ' ἕ[κ]αστα λοιβάς, καὶ τῷ μὲν Εὐχαίτη[ι]* [1]) *ταμεῖν κνηκόν, θε[ᾶι]δὲ μῆλο[ν], κελαι[ν]ὰ [δ'] ἄμφω* . . . . Ubi illud certe offendit, quod ut hircus ille (*κνηκός*) niger sit oraculum imperiose postulat: illo certe tempore sententiam vocis primariam e memoria hominum evasisse et *κνηκός* latius patuisse apparet; eo usque res progressa est, ut non modo non eiusdem vel similioris coloris [2]) hostia, sed etiam diversi contrariique coloris animal ita appellaretur. Ac si deesset „*κελαινὰ δ' ἄμφω*" illud, tamen in „*κνηκόν*" de hostia lucidioris coloris cogitare alienum esset: quae Superis Deis immolarentur hostiae, eas lucidiores esse ritus erat, quae Inferis, eas nigras.[3])

Vocabulum (*κνακ* -) nisi apud poetas — Theocritum et epigrammata — non invenitur; sed hoc fortasse non multum valet. I lud certe maioris momenti esse apparet, quod inter verba sacrorum sollemnia vocem legimus. Utrum haec sermonis regio cum Theocriti rustico sermone cohaereat necne, quamvis decernere non possimus, tamen ex agresti sermone in sollemnem linguam propter fulvum haedorum colorem libenter acceptum transpositum esse nomen verisimilius crediderim.

Κνηκίας vocabulum, etsi hoc solo loco de lupo usurpatur, a Babrio non novatum, sed in vulgari sermone tritum notumque e rerum veritate iam fuisse mihi videtur

---

1) *εὐχαίτης* (adiect.) „*καλόθριξ*" interpretatur Suidas; *Εὐχαίτην* (substantivum) aliis locis, quantum sciat Plutonem non nominari contendit Kaibel editor; tamen certum videri *Εὐχαίτηι* Plutonem, *θεᾶι* Proserpinam significari.

2) cf. eandem rem s. v. bidens.

3) cf. P. Stengel: Jahrb. f. Philologie 1886: Das Geschlecht und die Farbe der Opfertiere. Nonnulla de hac re apud Odofredum Muellerum ad Aeschyli Eumenides p. 144 adn. 14.

— et de equis quibusdam et de lupis eodem colore[1]) insignibus.[2])

Breviter attingo deorum nomina ab animalibus quae ad eos pertineant sumpta. Welckeri[3]) opinio *Κναγίας, Κνακαλησία, Κνακεᾶτις*[4]) Dianae cognomina ab hircis deae pergratissimis indita censentis hodie improbatur; sed alia exempla eaque meliora afferam. *κάλαϊς*[5]) gallina: *Κάλως* heros [*Κάλαϊς — Κάλαος — Κάλως* (*Πέρδιξ*); haec Maassio auctore addo]; *κίρρις* milvus: *Κίρρις* Adonis; *ὠτός* ulula: *Ὠτός* heros (auritus), *Οατίης* Silenus (Herw.[6])); *Κερόεσσα* Inonis filia (Odofr. Muelleri Prolegomena p. 133. 183); *οἰδίπους, μελάμπους* antiqua anguium nomina Kretschmero videntur.[7])

1) Canum esse lupum pueri haud nesciebant; verborum compositio „*πολιὸς λύκος*" proverbio increbuerat; neque minus Iliadis illud vigebat: *ἕσσατο δ' ἔκτοσθεν ῥινὸν πολιοῖο λύκοιο*; et certe Babrii transitus a *κνηκὸς λύκος* ad *κνηκίας* leviusculus erat.

2) Utrum memor fuerit Babrius in voce hac eligenda sententiae nomini innatae an tum palluerit quodammodo notio, quamquam certo diiudicare non possumus (cf. autem infra *decolor*), tamen ex poetae memoria excessisse eam aut animo eius numquam pellucidam factam fuisse negaverim omnino.

Latine optime falbus vel fulvus et canus respondent, cf. Ov. met. VI, 527, VII, 550. „Falbo" Italorum ad subnigrum equorum colorem notandum adhibetur; nostrates „Falbe"; apud Suecos lupus hodie „Graubein" appellatur. Aliorum animalium proprium ac nativum nomen permultorum e colore exhausta esse facile per se est intellegere; testimonia affert non pauca O. Keller, „Ausland" 1879.

3) Griechische Götterlehre I 591; Alte Denkmäler II 67, t. III 5. cf. Gruppe, Griech. Mythologie u. Religionsgeschichte, et Preller-Robert, Griech. Mythologie I[4] p. 302 adn. 4.

4) Pausan. III, 18, 4; VIII, 23, 3. 4; VIII, 53, 11.

5) Locum Maassius mihi indicavit. Vox legitur in inscriptione exeuntis a. C. saeculi, quam protulit Cabbadias in „Ephemeride archaeologica" 1899 [= Dittenberger, Sylloge inscriptionum Graecarum [2] 938, 1 sqq. et 23].

6) Homo *Οὐατίας* ap. Nicol. Damasc. fr. 53.

7) „Die griech. Vaseninschriften . . ." p. 191 adn. 3.

Animalium nomina libentissime sane hominibus indebantur, qualis, ut unum exemplum delibem, erat consuetudo Theraeensium: „Besonders

Ἀχαιίνης

In fabulis exstat apud Babrium 95, 87. — Varios in modos eam cervi appellationem antiqui declarant. Alii ab urbe certa vocem natam censent, cuius nomen Achaineam fingunt, circa quam magnorum cervorum genera fuisse perhibentur, Etymol. M.: *ἀχαινέα: ἡ ἔλαφος*, et (Apollonii Rhodii locum infra allatum proferens) *ἀπὸ Ἀχαϊνέας πόλεως, ἐν ᾗ εἴδη εἰσὶν ἐλάφων μεγάλων*. Simile habet Ps.-Aristoteles de mirabilibus auscultationibus,[1]) qui de capris Creticis agens (cap. 5) dicit: *Φασί τινας ἐν Ἀχαιίᾳ τῶν ἐλάφων, ὅταν ἀποβάλωσι τὰ κέρατα, εἰς τούτους τοὺς τόπους ἔρχεσθαι, ὥστε μὴ ῥᾳδίως εὑρεθῆναι*, qui tamen auctor pro indole sua testis minime gravis habendus est. Sane haec declaratio posterae est Graecitatis neque multum probabilitatis in se continet.

Certam cervorum speciem ita denominari Aristoteles (H. A. 611 b 17 = IX 38) sumere videtur: *ἤδη δ' εἴληπται ἀχαΐνης ἔλαφος ἐπὶ τῶν κεράτων ἔχων κιττὸν πολὺν πεφυκότα χλωρόν, ὡς ἁπαλῶν ὄντων τῶν κεράτων ἐμφύντα ὥσπερ ἐν ξύλῳ χλωρῷ*; 506 a 23 = II 65: *τῶν (δ') ἐλάφων αἱ Ἀχαιΐναι καλούμενοι δοκοῦσιν ἔχειν ἐν τῇ κέρκῳ χολήν*. Eandem animalis naturam verbis exprimit Antigonus Carystius (Rer. natur. script. gr. min. ed. O. Keller I 29 (35). 70(76)): *Τῶν δ' ἐλάφων τοὺς ἀχαιΐνας καλουμένους δοκεῖν ἐν τῇ κερκῷ τὴν χολὴν ἔχειν*; quam proprietatem in cervum quem appellamus ‚edelhirsch' quadrare apparet.[2])

Certam cervi aetatem appellari alii probabile vel possibile censere videntur. Sic Eustathius (ex lexicographo quodam

---

beliebt sind die Vergleiche aus dem Tierreich. Wir finden vertreten den Bock *Ἐρίφων*, den Habicht *Βάρβαξ*, den Raben *Κόραξ*, die Drossel *Κοσσύφα*, endlich die Gallwespe *Ψήν*" (Hiller de Gärtringen, Die Insel Thera im Altertum und Gegenwart, vol. I, p. 160).

1) De hoc opere cf. Gerckium P.-W. tom. II p. 1048.

Edidit Ioannes Beckmann Gott. 1787 p. 19, ubi varia de hac voce testimonia.

2) cf. Kelleri de animalibus librum p. 77. Kellerus p. 91 veterum sententiae assentitur eorum qui vocem ab regione sumptam censent.

p. 711): *ἐλάφων τὰ μὲν νέα, νεβροί, αἱ δὲ ἀρτίως ἐκ νεβρῶν ἐπ' ἐλάφους μεταβάλλουσαι κεμάδες· τὰ δὲ τέλεια οὐκ ἄλλο τι ἢ ἔλαφοι, εἰ μὴ ἄρα [φησίν] οἱ ἀχαΐναι καὶ οἱ σπαθίναι*[1]) *λεγόμενοι ἡλικίᾳ τινὶ διαφέρουσιν ἢ εἴδει καὶ κεράτων ἰδιότητι καὶ μεγέθει.* Neque omittendum puto Apollonii Rhodii locum in Argonauticis IV 175 (Merk.):

ὅσση δὲ ῥινὸς βοὸς ἤνιος ἢ ἐλάφοιο
γίγνεται, ἥν τ' ἀγρῶσται ἀχαιινέην καλέουσιν,
τοσσατίην πάντῃ χρύσεον ἐφύπερθεν ἄωτον
βεβρίθει λήνεσσιν ἐπηρεφές[1])

(de pelle aurea). Is solus locus qua e linguae provincia vox petita sit, nobis demonstrat et verba continet ea, e quibus de huius cervi magnitudine corporis conclusionem facere possimus, cum anniculum taurum tantum quantum *ἀχαιίνης* animal esse comperiamus; ac praeter Aristotelem idem vetustissimus de voce nobis praesto est auctor. Neque hic locus antiquorum testimoniis oppositus mihi videtur, quorum alia aetatem certam, alia — hodie Kellerus item — speciem depingi sumere apparet. Namque *ἀχαιίνης*, ut ex adnotationibus de glandulis illis intellegitur, cervum elaphum non significare non potest; quae si ita sunt, *ἀχαιίνης* cum tauro anniculo in comparatione coniungi non potest, quia species illa et damis et tauro illius aetatis aliquantum maior est; itaque *ἀχαιίνης* cervum elaphum aetate inferiorem significare persuasum habeo.[2]) De aetate Hesychius quoque cogitat s. v.: *ἀχαιῖναι· ἐλάφων ἡλικίαι.*

---

1) Comparatio ea non allata est apud Schellertium, de Ap. Rh. comparationibus (Hal. diss. 1885).

2) His insuper locis occurrit vox:
Oppian. cyneg. II 426:

Θάμβος ὅταν κερόεσσαν ἀχαιΐνέην πτερόεντες
αἰγαγέες νώτοισιν ἐπὶ στικτοῖσι θορόντες . . .

Phalaikos in Anthol. P. VI 165, 2:

καὶ σκύλος ἀμφιδόρου στικτὸν ἀχαΐνεω.

Vocis origo nondum dilucida est; alii — ut Kellerus cautiusque Leo Meyerus [1] — cum veterum explicationibus a terra seu urbe derivant nomen; Beckmannus (ad. Ps.-Ar.) non sine veritatis specie vocem confert cum Hesychii glossa s. v. *Ἀχαία: οἱ δὲ ἔρια μαλακά,* quod interpretamentum optime quadrare possit ad cervos secundi anni, qui cornua primum edunt mollia ac lanugine vestita (cf. *σπαθίνης*); unde etiam sententia illa [2] de hedera e cornibus prosiliente optime enucleari possit; sed litem dirimere non audeo.

Ἀχαΐνη libum apud Athenaeum III [3] 109 f commemoratum utrum cum Cereris Achaiae epitheto [4] cohaereat an de placentis cervae formam imitantibus [5] cogitandum sit, diudicare nequeo.

Ὄρνις = gallus, gallina.

Gallus *ὄρνις:* Babr. 123, 1 *Ὄρνιθος ἀγαθῆς τικτούσης* al. [6] De hoc usu satis pervulgato liceat mihi pauca adiungere. [7]

---

1) „Handbuch der griech. Etymologie“ vol. I p. 146.

2) Locos affert Kellerus ad p. 92.

3) *Ἀχαινας. τούτου τοῦ ἄρτου μνημονεύει Σῆμος ἐν η΄ Δηλιάδος* (F H G IV 494) *λέγων ταῖς θεσμοφόροις γίνεσθαι. εἰσὶ δὲ ἄρτοι μεγάλοι, καὶ ἑορτὴ καλεῖται Μεγαλάρτια ἐπιλεγόντων τῶν φερόντων·*

ἀχαΐνην στέατος ἔμπλεων τράγον [tragus = genus pultis ex tritici semine et leguminibus variis factum, Plin. N. H. XVIII, 76. 93]. De festo illo cf. Dittenb. Syll. II² 438, 175.

4) Haec est opinio Nillsonii, Griechische Feste von religiöser Bedeutung mit Ausschluss der attischen (Lips. 1906) p. 333.

5) Athen. XIV 646 e: *ἔλαφος πλακοῦς ὁ τοῖς Ἐλαφηβολίοις ἀναπλασσόμενος διὰ σταιτὸς καὶ μέλιτος καὶ σησάμου.* Res in Diana dilucida; sed quid vult cervus in Cereris religione?

6) Addenda sunt 121, 1 *ὄρνις ποτ᾽ ἠσθένησε.* 17, 1 *αἴλουρος ὄρνεις ἐνεδρεύων.* 27, 6 *ἔπνιγες ὄρνεις.* Neque tamen desunt *ἀλεκτορίσκος* (semper in versuum initio) et *ἀλέκτωρ* pro gallo usitata: 5, 1; 97, 9; 124, 12; 17, 3; 65, 5.

7) Longe optime atque uberrime de galli historia disseruit V. Hehn, Kulturpflanzen und Haustiere, quo hoc loco duce usus sum; neque omittatur Ern. Baethgen, de vi ac significatione galli in religionibus et artibus Graecorum et Romanorum, diss. Gott. 1887.

Gallum ex Asia in Graeciam translatum esse inde sequitur, quod cognomine ὄρνις Περσικός saepissime vocitatur, imprimis apud poetas, et ab Aristophane per iocum Μῆδος nominatur (Aves 276 sq); ac Menodotus Samius gallum e Perside provincia propagatum tradidit. In carminibus Homericis Hesiodeisque, quamvis nomen proprium Ἀλεκτρυών iam offendamus (Il. XVII 602), gallus ipse nondum commemoratur; ubi primum nominatur, etiam ad res Asiaticas spectat (Theognis v. 863 sq). Deinde cum commercium et consuetudo inter Graecos Asiaeque gentes in dies magis augerentur, praecique VI. a. C. saeculo, magis Graecis innotuit: Epicharmus fr. 151, 172, Aeschylus (ἐνοίκιος ὄρνις Eumen. 866) etc.[1])

Gallum aut ἀλεκτρυών (seu ἀλέκτωρ) vocitari aut ὄρνις nomen epitheto Μῆδος et ἐνοικίδιος seu simillimis exornari vidimus (Pind. Ol. XII 20 ἐνδομάχας . . ἀ.). Ex altero eorum nominum ὄρνις contractum esse apparet, sed variarum vocum usum subtilius inspiciamus. Ac primum quidem e comicis poetis omnibus praeter Aristophanem hos contuli locos:

I. ἀλεκτρυών seu ἀλέκτωρ de gallo:

1. comoedia antiqua:

Cratinus: Kock F C G I p. 91 Περσικός etiam cum ἀλέκτωρ coniunctum: ὥσπερ ὁ Περσικὸς ὥραν πᾶσαν καναχῶν ὁλόφωνος ἀλέκτωρ.

Plato I 605. I 659: σὲ δὲ κοκκύζων ὄρθρ' ἀλέκτωρ προκαλεῖται.

Cratinus I 103. I 48: κοκκύζειν τὸν ἀλεκτρυόν' οὐκ ἀνέχονται.

Theopompus I 735.

Strattis I 725 (ibid. ὀρτάλιχος Boeot. (cf. infra p. 59). I 728: αἱ ἀλεκτρυόνες fem.

1) cf. Hehnium et Baethgenium.

2. comoedia nova:
Diphilus II 562.
Menander III 49. III 64 *ἀ. γενναῖος*.
Anon. III 471.
Anaxandrides II 156.
Mnesimachus II 438.

II. *ὄρνις* = avis septem (novem?) locis legitur.

III. *ὄρνις* = gallus, gallina.

comoedia antiqua:
Eupolis I p. 283.
Cratin. I 48 (aliis cycnus).
Anaxandrides II 156 *ὄρνις κεκλήσει* etc. (cf. Kockium a. l.).

Nunc quomodo res in Aristophane solo se habeat inspiciamus:

I. *ἀλέκτωρ, ἀλεκτρυών, ἀλεκτρύαινα* (cf. I 435. I 397).
ἀλέκτωρ: Nub. 666, 851. Vesp. 1490.
ἀλεκτρυών: Nub. 848. 849. 1427. 1430. 661. 664. Av. 483 (*ὄρνις Περσικός*). Vesp. 100. 794. Av. 71. 1366. Lys. 897. Eccles. 391.
ἀλεκτρύαινα Nub. 666, 667. 851, 852.

II. *ὄρνις Περσικός* = gallus:
Av. 707 *Περσικὸν ὄρνιν*.
485 vocem *Π. ὄ.* jocose interpretatur poeta.
(833 *ὄρνις ἀφ' ἡμῶν τοῦ γένους τοῦ Περσικοῦ*.)

III. *ὄρνις* vox per se sola idem quod *ἀλεκτρυών* denotans non nisi semel invenitur Vesp. 815,[1]) neque tamen hic locus certus est.

Permultis illis aliis centum fere locis quos omnes inspexi *ὄρνις* semper pro „avis", non pro „gallus" dictum exstat, quos afferre omnes hic supervacaneum existimo. — *Ὄρνις* pro

1) Verisimiliter quidem pro gallo gallinaceo, cuius mentio facta est vs. 100; ita van Leeuwen et Blaydesius a. l.

gallo in humilioribus praecipue linguae provinciis versatum fuisse eluceat.[1]) Eandem vocem antiquitus de omnibus omnium generum avibus dictam postea quoque item usurpatam esse mirum non est, ut apud Babrium hunc ὄρνιθες et de avibus omnino et de gallis solis offendamus.[2]) Tale igitur hic invenimus nomen, quod totum avium genus antiquitus complectatur, deinde pro gallinaceo praecipue genere ut maxime accepto et populari usurpetur neque tamen vetustiorem sententiam impositam amittat.[3]) Apud eundem poetam ὡρόμαντιν se ipsum appellantem offendimus gallum[4]) (124, 15 τὸν ὡρόμαντιν ἀπολέσας με).

---

1) cf. Wilamowitzium (Aristoteles und Athen II, 178 adn. 21): „... Sonst empfindet der Hellene das Individuum im Tiere spärlich. Weil er das Typische bei ihm erfasst, hat er die Fabel erfunden und den Fuchs Κερδώ, den Affen Καλλίας benannt, nicht einen Reinhard und Isengrimm. Auch die Vögel pflegen keine Individualnamen zu erhalten, sondern Lesbia sagt passer und Corinna psittacus. Die italienischen Hunde pflegen noch heute auf cane zu hören." Idem Eur. Her.² II p. 21; de δρῦς (= arbor et quercus) vide ibid. p. 63. de catus voce haec habet Hehnius p. 462: „Es war eine in Italien gebildete Volksbenennung: das Tierchen, das Junge, wie man für Gans das Vögelchen auca, für Schaf la pecora u. s. w. sagte." Retrorsum cf. σπίζα· ὄρνεα (Hes.); „similiter ignarum vulgus Amstelodami omnes aviculas fringillas (vinkjes) vocare assolet" (Herw.). Apud nos ipsos: „schlang" = pelias berus (Kreuzotter) Leithaeusero auctore; mustela simpliciter saepius „Tier" appellatur.

2) Veteres vocabulo ὄρνις cum masculine tum feminine gallos notavisse, Graecos posteriores ὄρνιθας nonnisi gallinas dicere consuevisse Athenaei ediscimus testimonio IX 373 a, b; neque autem semper res cum hac sententia convenisse videntur. Duas sententias ὄρνις nomini inditas comicis ridicularias exstitisse quis est qui miretur? Aristoph. Av. 102 e. c. Euelpides ex Epope quaerit πότερον ὄρνις ἢ ταώς; utrum ales an pavo? Lusus hic est in ambiguitate nominis ὄρνις, quod in genere avem qualemcumque significet et speciatim gallinaceum. Quaerenti Epops respondet: „ales equidem", sed generali significatione.

3) cf. quoque ὀρνιθοθήρας qui avibus insidias struat.

4) Notio perspicua est; cf. Aristoph. Av. 276 μουσόμαντις pro gallo, a Droysenio per „Krähprophet" redditum; nostrates „Hausprophet" etc.; cf. ὀρθροβόας. ἠριτάλπαγξ, ὀλόφωνος, alia. ὑετόμαντις = cornix, Euphorion

Praeclarissimum galli vel potius gallinae cognomen[1]) addo *θακοθαλπάς,*[2]) quae tamen vox ut fragmentum totum[3]) vulgaris sermonis speciem prae se ferre non videtur.

Appendicis loco perpauca verba facere mihi liceat de nomine

Αἴλουρος.

In duabus Babrii fabulis *αἴλουρος* vocem legimus: 17, 1 *Αἴλουρος ὄρνεις οἰκίης ἐνεδρεύων* (17, 6). 121, 1 *Ὄρνις ποτ' ἠσθένησε. τῇ δὲ προσκύψας αἴλουρος εἶπε* . . .

Vox aut felem aut mustelam significat.

Latina quae *αἴλουρος* voci respondeant vocabula partim popularia haec congessi e Corpore Glossarum Latinarum: cattus = *αἴλουρος* III 18, 49 etc. murilegus V 605, 11. muriceps V 422, 39. pilax a pilo, = qui pilat, V 607, 34. mussio est *cattus eo quod muribus sit infestus* V 621, 16. catellus deminutive III 259, 24.

Etymon quaeritur a Schradero (Bezzenbergers Beiträge XV 1889: Studien auf dem Gebiete d. griech. Wortbildung), qui e populari veriloquio vocem declarat parum firme. Ibi alia leguntur animalium nomina in *ουρος* et *ουρις* exeuntia: *λαμπουρίς, λαμπυρίς, μόλουρος, μολουρίς, μελουρίς, μολῦρις,* (piscis) *σίλουρος, ἵππουρος, πάγουρος, κέρκουρος, τράχουρος; κίλλουρος, φοινίκουρος, σκίουρος, καμψίουρος, κόθουρος, κόλουρις,* de quibus singula ibidem inspicias sub vocibus. Idem vero Schraderus, quod *κίλλουρος* motacillae vocabulum eodem modo

LXV M (cf. schol. Nicandri Ther. 406 interpretationem). Iridem a poetis *ὑετόμαντιν* dici Olympiodorus annotat ad Aristot. Meteor. p. 132 ed. Ideler.

1) Quod testimonium Maassius mihi indicavit.

2) *Θακοθαλπάς* pro *θακαθαλπάς* ex Bechtelii coniectura (Herm. 35, 348 Misc.) legitur apud Grenfellium et Huntium in „The Oxyrrhynchos Papyri“ vol. I et II 1898/99 (219, 23 saeculi p. C. primi): *ὁ γὰρ ἀλέκτωρ ἠστύχηκέ μου καὶ θακοθαλπάδος ἐρασθεὶς ἐμὲν* [= *ἐμὲ*] *ἐγκαλέλιπε.*

3) Adnotat editor: „. . . It is written in rather flowery and poetical language and recalls the „Alexandrian Erotic Fragment“.“

latius propagatam et *κιλλα* per se iam hanc avem significare existimat, minime mihi persuadet. Motacillam ea certe natura insignem esse perspicitur, ut caudam semper semperque agitet ac moveat. Num dubium cuiquam est, quin populus in tali animanti nomine indendo talis eius moris rationem habuerit?[1])

Quae animalia ut caudarum formis vel mobilitate vel colore praedita inde nomina sumpserint, eis alia cum *κερκος* (= *ουρα*) cohaerentia addamus: *κέρκα* = *ἀκρίς* (Hes.), *κέρκαξ* = *ἱέραξ* (ibid.), *κερκίων* avis Arist. H. A.; *κέρκος*, *κέρκουρος*, *κέρκωψ* simiarum genus (cf. Hes. *κέκροψ* s. v.).

---

1) Quod *σκίουρος* vocis compositionem attinet, Schraderus largiore disputatione huic bestiolae Graecorum quoddam *σκιαρο* (cf. *βριαρός*, *μιαρός*, *χλιαρός* = celer) subesse edocet eosque impugnat, qui Oppiano auctore bestiolam ut cauda sibi umbram facientem nomen hoc accepisse indicant. — — vulpes = „unkel dickstart", dickswanz, lang(e)swanz Mecklenb. (Rich. Wossidlo, Mecklenb. Volksüberlieferungen II); crocodilus hebr. = leviathan ob caudae mobilitatem. Leithaeuser pro motacilla affert wippelstaertken. Brehmii Tierleben ed. min. [2] II p. 99: Wege =, Wasser =, Quäk = et Wippsterz, Bebe =, Wedel = et Wippschwanz. = Angl. wagtail, gall. franc. hochequeue, ital. codritemola.

Caput alterum.

Quoniam in animalium nominibus apud Graecos fabellarum scriptores obviis praeter poeticam traditionem populares etiam appellationes multum valere statuimus, nunc ad Romanorum fabulas nos convertamus. Ac ratio nominum animalium excogitandorum apud Romanos vix diversa sane fuisse videtur a Graecis. Neque non adsunt praeter alia nominum genera nonnullae appellationes, quae iocularis nominum generis sunt, cuius supra (pg. 9 adn. 1, pg. 16) pauca vestigia transcurrimus. Talia cognomina eaque et animalia et homines denotantia breviter rem attingens composuit Zimmermannus (Archiv f. lat. Lexicographie IX p. 592) ut Caecilia, Iulus, Lucius, Valeria, alia. Sed ex fabularum scriptoribus Phaedrus quidem, qui materiam nominum praebet haud exiguam, rariora atque insolita pauca habet vocabula.[1]) Omnino insolita ac prorsus singularis haec una occurrit vox

Terraneola,

quae legitur in Appendice Perottina 30 (L. Mueller):

Avis quam dicunt terraneolam rustici,
in terra nidum quia conponit scilicet,
forte occucurrit inprobae vulpeculae.

---

1) Gallorum et Germanorum nomina animalium in fabulis trita nemo nescit: Reynhart, Reineke etc.; cf. praeter Jacobi Grimmii notissimam commentationem Augusti Lübbenii disputationem „Tiernamen im Reinke de Vos“ (Progr. gymn. Oldenburg, 1863).

Voc deminutive a *terraneus*, quod tamen non exstat nisi in *mediterraneus* vocabulo.[1])

Quod nomen nullo alio veterum[2]) testimonio nobis conservatum est, unde quae potestas eius sit comperiri queat; neque idem fabulae argumentum alia tractavit antiquorum fabella, unde quae illa avis sit concludere possimus. Ipse quidem poeta hisce verbis explicat vocem: *in terra nidum quia conponit scilicet.* Ea natura *κορυδαλλός* avis propria est, cuius in fabulis frequens consuetudo est; ita Aristoteles H. A. 558 b, 27—559 a, 2. *τίκτει ἐν τῇ γῇ;* 614 a, 33 *ἐπὶ δένδρον οὐ καθίζει ἀλλ' ἐπὶ τῆς γῆς;* 633 b, 1 *ἐπίγειος, κονιστικός* vocitatur; Theocritus VII 23 *ἐπιτυμβίδιοι*[3]) *κορυδαλλίδες;* Babrius ipse (fab. 72) dicit de *κορυδαλλὸς οὐν τάφοις παίζων.* Sed multo gravius praesto est argumentum, quod *terraneolae* vox Latina in eas quae ex Latina exortae sunt linguas translata invenitur, ut idem nomen in recentioris etiam aevi dialectis quibusdam reperiamus: *tarañóla* pro alauda;[4]) idem animal nomine ex eadem stirpe simillime derivato appellatum ex Hispanico sermone deprompsi: *terrera* (terraria) = alauda arvalis.[5]) Explicationem verbi meam

---

1) cf. Stolz, Histor. Grammatik d. lateinischen Sprache, vol. I pars 1 p. 402.

2) Legitur quidem glossa a Labbaeo edita [ed. Londin. 1816—26 Stephan. X] terraneola = κορυδαλλίς nullo testimonio addito, sed a recentiore manu eam scriptam esse Heraeus per litteras Georgium Thielium certiorem fecit.

3) „Auf den Gräbern zweier Liebenden singen zwei Lerchen ihr Liedchen": Otto Böckel, Psychologie der Volksdichtung, Lips. 1906, p. 259.

4) Gust. Körting, Lateinisch-romanisches Wörterbuch,[2] Paderborn 1901 p. 855 n. 9470, qui nos reicit ad Salvioni, Postille italiane al vocabolario latino-romanzo (Sonderabdruck aus d. Denkschriften des Istituto storico lombardo, Milano 1897) 22 p. 276 (bar., lecc.) [Körtingius habet „locc."]

5) Nuevo diccionario español-alemán y alemán-español por Tolhausen, t. I p. 704.

inde iam adiuvari censeo, quod apud Neograecos *χαμοκελάδι* alaudae nomen populare exstat.[1]) Quae cum ita sint, terraneola vocabulum — nescio an Germanorum *Erdmännchen* concinat, ut reddunt lexicographi — nullam nisi alaudam avem significare satis certum existimo.

Κορυδαλλός[2]) per *terraneola* translatum quid sit e Graecis satis notum est fabulis; qua in voce nunc occasione data paulo longius versari liceat.

Varios in modos huius avis nomen Graeci scribebant;[3]) *κορύδαλος* (seu *κορυδαλός, κορυδαλλός*), *κόρυδος, κορυδών*, quae eandem significationem obtinere videntur; Babrius habet *κορύδαλλος* vel *κορυδαλλός* usitatiora; neque non inveniuntur *κορυδαλλή, κορυδαλλίς, κορυθών* et *κόρυθος* (?). *Κορυδών* utrum aliud significet necne — hoc vero verisimillimum est —, certo statui non potest neque intellegebat scholiastes ad Aristophanis Aves 302 (ed. Dübner); 475.[4]) Apud Aristotelem tribus vocabulis eandem avem denotari apparet, e. c. 617b, 20; 559a, 2; 609a, 7; (cf. Aubert-Wimmer), et apud Hesychium etiam eandem illa significationem habent. Praeterea quae sit avis *κορυδαλλός*, notae ab Aristotele additae dubitationem non recipiunt.[5])

1) Thompsonii lexicon p. 96 Belonio teste allato. —

Quod vulpecula apud Phaedrum terraneolae dicit *ego te multum diligo propter quietos mores et vitam probam*, hoc in alaudae erga patrem amorem pernotum (cf. e. c. Aes. ap. Arist. Aves 471) quadrare videtur.

2) cf. Corydallum montem, insulam *Κορύδελα* etc.; cf. Grasberger, Studien zu d. griech. Ortsnamen (Würzb.) 1888 p. 109, ubi p. 87—112 totum caput de locorum appellationibus ab animalibus petitis.

3) Longe plurima testimonia ac nomina apud Thompsonium p. 95.

4) *Κορυδὸς, ἐλεᾶς: Ο κορυδὸς παρὰ Ἀριστοτέλει κορύδων λέγεται, εἰ μὴ ἕτερός ἐστι. ποικίλα γὰρ τὰ ὀνόματα;* cf. id. 475: *ἐν τῇ κεφαλῇ κατορύξαι: Ἐπεὶ λόφον ἔχει ἡ κορυδός. Θηλυκῶς δὲ εἴρηκε τὴν κορυδόν. Πλάτων δὲ ἀρσενικῶς.*

5) In cycladis hodie alaudam *κορύδαλος* vocitari Erhardius (Fauna d. Kykladen) est testis. Ne alias aves galea praeditas hoc nomine denotari censeamus, ipsum hoc praeter reliqua testimonia impedit. — Duo

Apud Romanos Gellius (II, 29 N. A.), qui Ennium sequitur, de eadem dicit *avicula,* cui nomen esse *cassitae* tradit, cum eandem proferat fabulam;[1]) Varro L. L. 5, 76 *galeritus* affert, quod plumam habeat elatam in capite instar galeri; Plinius N. H. 11, 121 *galerita* feminino genere dixit: *parvae avi quae ab illo galerita appellata quondam* . . .;[2]) nomen *cassita*

exstant corydali genera: alterum galeam cristatam habet in capite parvam, quam Graeci λόφον appellabant (cf. schol.), alterum galea eget. Cum, sicut paulo antea commemoravi, in cycladis insulis alaudae cristatae usque ad hunc diem κορύδαλος nomen detur eademque avis in aliis Graeciae partibus offendatur, priorem formam eam esse perspicuum est. Quae posterioris modi sunt alaudae, quas galea non praeditas catervatim saepissime videri dicunt, illas easdem esse apparet ac nostras *Alaudae communes*, quarum magnae catervae hiberno tempore in Graeciam perveniunt.

Ut primo iam obtutu ex etymologia vocabulorum discimus, voces e κόρυ formatae primo ad alaudas cassitas pertinebant, quae ab hoc signo ita nominabantur. Sed ut vulgi est mos unum quod offensionis aliquid habeat genus pro compluribus, unam speciem pro toto genere, alteram pro altera speciem, dicere, ita Romani Graecique in alauda nominanda cassitam praeposuisse videntur, quae avis cum pulcherrime canat ac fiducia hominum insignis galeaque inter alias eiusdem generis aves primum obtineat locum, nemini non valde accepta et cum sermone vulgari tum proverbio pernota erat. Itaque Graeci omnes alaudas — et eas quae galeam habent et eas quibus deerat — κορυδούς vel κορυδαλούς dicebant, Celticae gentes alaudam (Glück: Jahrb. f. Philologie 93, 166, qui etymologice vocem explanat [= „die beschopfte"], cf. Holder, Alt-celtischer Sprachschatz, vol. I p. 75); galeritus vel galerita Romani. Gellius quod similiter formatam vocem praebet cassitam (II, 29), is cum fabula verbum illud ex Ennio hausisse videtur, unde iam epici illius aetatis cassitam eandem atque alaudam significationem habuisse discimus. E Graecorum lingua in Latinorum translatum est κορυδαλός: corydalus (Serv. ad Verg. ecl. 2, 1) in urbano sermone; rustici coredulum novarunt: C G L V 11, 22 Placid. = V 59, 1 (cf. Sittl. A. f. l. L. II 478).

1) Ennius ed. Vahlen [2] (pg. 207) sat. 21.

2) Atque occurrit *galerita* pro alauda ap. Seren. Sammonicum lib. medicin. v. 575 = Poetae lat. min. ed. Bährens III p. 134: ***Mande galeritam volucrem, quam nomine dicunt.***

speciem popularis sermonis prae se fert. Sed redeamus ad *terraneolam.*

Incidimus ergo in singulare animalis epitheton tale, quod e certa linguae Latinae provincia sumptum esse ipso poeta teste colligere nobis licet. Unde autem audivit vocem poeta? Aut ex aliis testibus sive e scriptoribus velut lexicographis de nomine certior factus est aut e rusticis didicit ipsis; haec tamen sententia pro Phaedri natura hominis urbani et ab agresti vita valde abhorrentis verisimilis non videtur, praesertim cum tam malam habeat scientiam de bestiarum consuetudinibus.[1])

Quamquam autem *terraneolam* vocem a certis vulgaris linguae finibus petitam esse e Phaedri ipsius additamento illo discimus, tamen frustra apud eum alia eius generis vocabula quaesiveris. At vero haud inutile duxi de poetarum sollemnibus quibusdam vocabulis apud eum occurrentibus denuo hac occasione data disserere. Atque primum quidem adiungam ovis vocabulum apud poetas Latinos saepenumero obvium

Laniger.

(= Phaedr. I, 1: *Laniger contra timens*).

Haec est vocabuli historia:

‚Laniger' adiectivum et substantivum offendimus. Adiectivo iam Accius utitur, Brut. I 20 = Ribb.[2] p. 283 (Cicero de divinatione I 22): *Visum est in somnis pastorem ad me adpellere Pecus lanigerum eximia pulchritudine.* Legitur apud Ennium quoque (Vahlen p. 211, sat. fr. 66): *Propter stagna ubi lanigerum genus piscibus pascit.* Vergilius Georg. III 287 *lanigeros agitare*

1) Apud Hesychium avis nescio quae *χόνις* (*χονίας*?) vocatur, quae vox aut ad colorem eius subnigrum aut ad agros ubi versatur quadrat (= terraneola?). Apud nos alia animalia Erdmännchen vocitari solent, e. gr. motacilla, „weil sie gerne aus den Ackerfurchen Kerbtiere und Larven sucht" (Leithaeuser). cf. peter ierdmann = talpa (Wossidlo). —

Fama certo, non litterarum monumentis terraneola vox in nostri temporis dialectos translata est, siquidem translata, non ipsa per se exorta est.

greges hirtasque capellas; Aen. III 660 *lanigerae comitantur oves,* III 642 *lanigeras pecudes,* VII 93 *lanigeras bidentis.* Saepius vox invenitur apud Ovidium: Met. III 585 *lanigerosve greges,* VI 395, VII 540; XIII 781: *lanigerae pecudes,* quibus locis quae ovium vel pecudum sint ostendatur. Idem primus poeta substantivum usurpat, ut laniger idem significet atque aries vel agnus: Met. VII 312 *innumeris effetus laniger annis.* Sequitur Phaedrus loco supra commemorato. Non raro occurrit vox in Manilii Astronomicis, qui ut aliis in rebus ita hic praecipue Vergilii Ovidiique sermonem imitatus esse lanigerique notionem pro Ariete signo caelesti primus exhibere videtur.

Qui loci quamvis laniger appellationem poetas solos usurpasse eis, qui extremis ut dicitur digitis hanc quaestionem attingant, persuadeant, tamen id agitur, num etiam pedestris sermonis scriptores nomen habeant. Gravissimus Columellae locus exstat (VII 6, 5), ubi de capris in universum agens pecuario generi caprinum obicit auctor: *Sed numerum huius generis maiorem quam centum capitum sub uno clauso non expedit habere, cum lanigerae*[1]) *mille pariter commode stabulentur.* Columella ut non pauca habet verba quae sermonis cotidiani sunt, ita tamen magna arte tenuem et exilem materiam eleganti oratione ornavit ac perpolivit et praeter Ciceronem Vergilium[2]) imprimis ad imitandum sibi proposuit.[3]) Cum talem offendamus scriptoris loquendi consuetudinem, de hoc vocabulo certi nihil proferri potest. Aut Vergilium hoc loco

---

1) Vox porro servata in Varronis saturis Menippeis (= Petron. Buech.[4] p. 189: Riese s. *Λογομαχία* p. 155): *Haec lanigeras detonderi docuit tunicareque homullum.* — Plinius de arboribus XII 10, 21; de araneo II, 24, 28.

2) Neque tamen quidquam de voce offerre videntur Gust. Schroeter, de C. Vergilii imitatore (Jen. diss. 1882) aut Ed. Stettner in commentatione cui idem est titulus Tergestina.

3) cf. Kottmannum, de elocutione L. Iunii Moderati Columellae, progr. Rottweil 1903 p. III.

secutus est Columella aut Columella ut alii scriptores ipsi e vulgari vel rustico sermone communi fonte verbum petivit; huic quidem sententiae id favet, quod — ut totum loci colorem praetermittam — apud Columellam varia leguntur nomina, quae rustici potius sermonis esse apparet ut e. c. forda (sc. bos) VI 24, 3 et 4; admissarius (equus) VI 27, 9; illa inde adiuvatur, quia verba cum — ger composita[1]) poeticam magis originem[2]) redolere videntur atque Columella saepenumero in Vergilii manifesta imitatione deprehenditur.

Quae cum ita sint, nobis originem vocis inquirentibus in medio relinquitur disceptatio. Fere similis ratio statui potest in vocabulo

Sonipes,

quo equus denominatur Phaedr. IV 4, 3,[3]) ubi Phaedrus ipse quidem eo solo consilio posuit vocem, ut orationem variaret et distingueret quasi verborum insignibus.

Vox sonipes (= qui pede sonat) substantive ponitur pro equo, qui soliditate ungulae solo insultans numerosum quendam sonitum edit.

---

1) cf. Deipser, Ueber die Bildung und Bedeutung der latein. Adjektiva auf fer und ger, Bromberg 1886.

2) cf. *barbiger: pecudes* Lucr. V 900, capellas VI 907; *corniger: matres* Lucr. II 368, Sen. Phaedr. 1172, subst. = *taurus* Sen. Phaedr. 1081 *squ. genus*; *setiger* subst. Ov. met. VIII 376; *spumiger: sus* Lucr. V 985; *squamiger* adi. Lucret. I 162, squamigera (scil. animalia) Plin. XI 137, de serpentibus adi. Ov. Met. IV 717; cf. Babr. 107, 4 κερασφόρους ταύρους.

Similia *pilosus* Varro R. R. II, 5, 7 (adi.), εἰροπόκος Hom. *τ* 443, *E* 137, Hesiod., Theocr., ποκοφόρος Planud. transl. Ov. Met. III 585, εἰροπόκοι ὄιες, δασύμαλλοι, λασιόθριξ, πηγεσίμαλλος, εὔερα (μῆλα), alia poetica. ἐπίποκος. (τέλεος ὄις) Inscriptions of Cos by Paton and Hicks no. 401 etc.

3) *Equus sedare solitus quo fuerat sitim,*
Dum sese aper volutat, turbavit vadum.
Hinc orta lis est. Sonipes iratus fero
Auxilium petiit hominis.

8*

De equorum cognominatis uberrima disputavit commentatione Rittwegerus;[1]) sunt tamen quae ei addenda putemus.

Primum in Accii fragmentis v. 603 (p. 214 Ribb. Trag. Rom. Fragm.) *sonipes* vocem legimus: *quadripedantum sonipedum*[2]), ubi substantive *sonipes*, adiective *quadrupedans* adhiberi verisimillimum est, cum substantivorum more *quadrupedans* ante Vergilium non usurpetur, *sonipes* saepius invenias. Praeterea Lucilius 506 sqq.: *Campanus sonipes.*[3]) Tragg. inc. rell. 237 (= p. 271, Ribb.): *agilis sonipes rapitur celeri sonitu trepidans.* Utroque loco substantive pro equo vox dicitur. (Alia quoque equi epitheta cum — pes composita, ea tamen adiective dicta exstant, e. c. apud eundem Lucilium[4]) *agipes* = *celer* v. 1098 M.[5]) Praeter Accium Luciliumque *sonipes* habent Catullus LXIII, 41 (de Solis equis semel); Vergilius haud ita saepe: Aen. IV, 135. XI, 600. 638. Sequuntur Germ. Arat. 207, 418, 618, Phaedrus

1) = Archiv f. latein. Lexikographie vol. VII p. 324; idem antea egit *de equi vocabulo et cognominatis* in dissertatione sua quae ita inscribitur Halensi sonipedis nominis ratione nondum habita.

2) *Cornipes* simillime formatum item in sonum ungulis equorum editum quadrat.

3) De quo vide infra p. 37 adn. 1.

4) Ausonius talia nomina permagni aestimat: *remipes*, *alipes*, *planipes* etc.; primus habet *fissipes*, *lentipes*, *volucripes*, ut edocet Hosius ad Mosellam 201.

5) Adiectiva cum -pes composita haud ita raro apud Latinos scriptores invenimus vocabula, velut illa: *Celeripes* Cic. ad Attic. 9, 7, 1. *Tardipes* Catullus 36, 7 primus habet, dicitur Volcanus claudus; unde assumpsit Colum. X 419 *Tardipedi* (Baehr. ad Cat. p. 208). *Alipes* de equo saepe dicitur, cf. gr. πτερόπους, adiective vocabulum — vocem alias poeticam in prosa Mart. Capella 1, 29 unus adhibuit — de variis animalibus, imprimis de equis, usurpatur. cf. C. Gloss. Lat. II, 425, 31; III, 257, 39; II, 452, 21 πτερόπους, ταχύπους. C. G. V, 278, 53 *cornipes, sonipes, alipes equus.* Verg. Aen. VII, 277 aliique complures: Stat. Theb. VI 558; III, 428; IV, 351; V, 699; IX, 206 etc.; de quibus v. Th. L. L. (I) 1597, etc. — A sonipede multo latius absit *herbigradus* (Cic. d. div. II, 133) illud, = cochlea.

eo de quo nunc agimus loco; Sen. Phaedr. 1002, 1082, Oed. 143, Agam. 660. Lucanus vocem saepissime praebet: I, 220. 294. II, 501. IV, 225. 750. VI, 84. 397. VII, 528. 678. 724. VIII, 295. Valerii Flacci atque aliorum locos enumerat Rittwegerus l. c.; idem permulta exempla e recentiore latinitate sumpta affert.

Epici praecipue scriptores *sonipes* in deliciis habuisse videntur, ut recte animadvertit Rittwegerus: quorum in scriptis metricas leges ita tulisse, ut nominativus et vocativus singularis modi soli usurparentur, qua de causa singularis saepe pro plurali numero ponitur: Verg. Aen. XI, 660. Sil. VI, 7. VII, 299. Stat. Theb. V, 3 e. c. Neque autem semper ad ungularum sonitum denotandum nomen adhibebant Romani. Quamvis non desint loci, ubi vocabulum sententiae aptissimum sit (cf. e. gr. tragg. incc. illud p. 271 Ribb.: *agilis sonipes rapitur celeri sonitu trepidans*), tamen multos invenimus locos, quibus talia non praecipue exprimantur neque vim ipsam poetis ante oculos versatam esse apparet: Verg. Aen. IV, 135. XI, 637 sq. Germ. Arat. 207, 618 (de sidere). Idem dicendum est de Phaedri hac fabula, quo loco ut sonipedis voce uteretur verba permutandi desiderio Phaedrus commotus esse videtur, praesertim cum brevissima fabula, in qua praeter equum et aprum nulla animalia nominata erant, mutandas appellationes per se iam posceret.

Sonipes[1]) a poetis originem sumere cum Rittwegero verisimillimum puto, quae sententia inde comprobatur, quod *quadrupes* ac *cornipes* raro in pedestri sermone occurrunt, *alipes* aliud equi epitheton cum eodem *pes* compositum nisi in poetica lingua hodie non legitur.

Sed ad historiam vocabuli eruendam nescio an paulum profici possit ex glossis inter quas recurrit sonipes aliter scriptum. Nam praeter C G L IV 178, 13, ubi *sunipes*

1) Marx ad Lucilium 506 *δασύπους* quoque Graecorum a poetis (solis) exhiberi censet, quam opinionem falsam esse supra demonstravi.

equus legitur vocalibus immutatis,[1]) *sonix equus* reperitur IV 568, 62, quod errori librarii tribuendum esse[2]) ita equidem negaverim, ut in ipsa pronuntiatione ex *sonipex* vel *sonipes* scriptura depravata breviatum existimem. Hoc loco in eum modum vox permutata est, ut non scriptorum libris, sed vulgari sermoni et infirmae quidem aetatis eam adscribere liceat. Glossarium *Affatim* de quo agitur totum, ut Birtius liberalissime mecum communicavit, sui temporis sermonis exempla tradere videtur: quae poetica in eo explanantur vocabula, ea ex poetarum provincia tunc temporis in sermonem cottidianum aut saltem in prosaicorum scriptorum consuetudinem translata esse videri.[3]) *Sonipes* igitur nomen sublimius atque a poetis creatum illa aetate [ante saec. V p. C.] in plebei sermonem sensim transiisse intellegimus.

Cum *sonipede* Latino nostra in lingua optime conspirare mihi videtur „Klepper" vocabulum, quod antiquitus certum

---

1) Vox integra invenitur Corp. Gl. L. IV 173, 24; 287, 18 (equus pedibus sonans); IV 392, 36 *equus vel cornupes;* IV 173, 25 *equus.* IV 169, 33 *sonipex equus vel cornipex;* de s et x inter se confusis conferas Landgrafium Arch. f. lat. Lexicographie IX pg. 361 s. v. Allobros; Stolz, Histor. Grammatik d. lat. Sprache I 320. IV 568, 61 *equus, comulus* inde exortum esse manifestum videtur, quod *sospites* et *sunipes* ut vocabula simillima inter se confundebantur, cf. Landgrafium l. l. p. 428. — Glossae illae sunt codicis Vaticani 3321, qui omnium codicum glossas mere Latinas exhibentium vetustissimus non solum plenam glossarum formam saepe servavit, sed etiam perbonae notae glossas aliunde non notas multas (= Loewii Prodromus p. 143).

2) Quanta auctoritas glossario illi quod hanc contineat glossam tribuenda sit, Usenerus iudicat in Musei Rhenani t. XXIII a. 1868 p. 677: „Ein zwar mageres, aber vortrefflich fundiertes Glossar" (Loewii Prodromus p. 109).

3) Glossarium *Affatim* ante quintum p. C. saeculum exortum esse non posse Birtius me edocuit: cf. p. 488 de bibliotheca etc., ubi codices sumuntur. Poetica vocabula quae explanentur talia sunt: *bimembris, bipennis* p. 489, *cana* p. 491, *cerula colla* (sine interpret.) p. 494 [Verg. Aen. II 381?], *(caeles), delubra* 502, *devia* 504, *effata* 508 etc.

equorum genus significabat;[1]) cuius naturalis et principalis vis ab hodierno usu longe abest: notabile hoc nomen in vituperatione hodie poni, quod laudi quondam equo impertitum esse constat, ut eo validum animal pedibus sonans ostenderetur (cf. klappen). Bonnetus in libro cui titulus est Mélanges Boissier (Parisii 1903, p. 71) *ἠχόπους* Graecorum et „coursier“ Gallorum recte confert; = Eust. ad Il. N 23: *Ἰστέον δὲ ὅτι χαλκόποδες ἵπποι οὐ μόνον οἱ στερεόποδες ἀλλὰ καὶ οἱ ἠχόποδες;*[2]) idem ad Θ 41: *Ὅτε ἐν τῷ ὑπ᾽ ὄχεσφι τιτύσκετο χαλκόποδ᾽ ἵππω, ὠκυπέτα, χρυσείῃσιν ἐθείρῃσι κομόωντε, ἅπερ ἔπαινος ἵππων εἰσὶ, χαλκόποδες μὲν οἱ στεῤῥόποδες καὶ, ὡς ἀλλαχοῦ ἐρεῖν, κρατερώνυχες.* Sed *sonipes* e Graecorum[3]) *ἠχόπους* (vel simili) quod eo solo traditur testimonio postremae graecitatis translatum esse iusta deest causa cur putemus.[4])

---

1) Ut docet Grimmii vocabularium vol. V p. 1149: „ursprünglich und hie und da bis jetzt ein scharfbestimmter Geschäftsbegriff damit verbunden ...“ et „als wesentlicher Begriff wird Raschheit und Kleinheit angegeben.“ Nonnulla in Heynii quoque lexico.

2) Neque omittatur *καναχήπους* Opp. Cyneg. II 431. *Κραταίπους* Pind. Ol. XIII (81) 114, ubi vetus adnotator quod tradit *οὕτω Δελφοὶ ἰδίως (τὸν ταῦρον) ἐκάλουν*, non Delphicam dialectum vulgarem, sed Delphicorum usum oraculorum spectare videtur.

3) Babrius hoc solum equi epitheton generale habet (76) *ἵππον παραστάτην γενναῖον ἐν μάχαις.* — Multa animalia ex pedibus seu ab incessu appellari non mirum est: cf. *δασύπους*, *ἀμφίσβαινα* Hes. = unguis, *βάτης* = simius; talpa = talipeda (cf. Fest. p. 359 talipedare); hoc debeo Ottoni Kellero: Grammatische Aufsätze = Zur latein. Sprachgeschichte II 269, ubi p. 138 nonnulla de animalium nominibus masculinis et femininis. „Plattfuss“ = anser: Behaghel, Die deutsche Sprache [3] p. 104.

Ad sonitum qualis auditur cum tonat haec equi pertinent nomina: *Βρόντη* Solis equus, schol. Eur. Phoen. 3, *Κόναβος* Quint. Smyrn. VIII 242 (Martis equus).

4) Altera verbi Klepper explanatio apud Grimmium allata eorum qui ab animantium tintinnabulis vocem derivant multo minus certa est.

Alia equi nomina satis nota: *asturco* ab Asturicus; *celdo* Plin. n. h. VIII 166; *caballus*; *tolutarius*; *ambulator*; *veredus* — *para-*

Venio ad

Bidens,

(Phaedr. I, 17: *Post paucos dies bidens iacentem in fovea conspexit lupum.*)

Vocabulum ex sacris Romanorum rebus sumptum probat Olckius Pauly-Wissowa (pg. 426 tom. III); et conferas Thesaurum Linguae Latinae s. v. (II 1973).

Nigidius Figulus (ap. Gellium Noct. Att. XVI, 6, 12; cf. Macrob. VI, 9, 5) non modo oves[1]), sed omnes biennes[2]) hostias bidentes vocari dixit; Coruncanio auctore (= Plin. n. h. VIIII 206) ruminantes quae immolarentur bestias bidentes esse mos erat. Plerumque autem ‚bidens' (subst.) ovis sola vocitabatur; bos (Fest. ep. p. 35, 2) atque aper, qui non ruminet, raro bidentes appellabantur. Diversa vocis interpretamenta veteres nobis tradiderunt (cf. Olck. l. c.). Recte interpretantur ei, qui bidentes eas esse hostias significent, quibus duo dentes ceteris longiores sint, quales sunt oves. Ita Gell. 16, 6, 12 sqq.: *Hyginus . . . „quae bidens est", inquit, „hostia" oportet habeat dentes octo, sed ex his duo ceteris altiores per quos appareat ex minore aetate in maiorem transcendisse.* Paul. Fest. p. 4: *bidens ovis appellabatur,*

---

veredus — „Pferd"; *cabo* = *caballus* C G L IV 27, 21, popularia evidenter. Adicio Vegetii mulomedicinam II 28, 37: Parthi equos, quos vulgo trepidarios, militari vocabulo tottonarios vocant, ita edomant, ut . . .

1) Laber. fr. 69 ap. Non. p. 53, 20 M. = 75, 13 Lds. Verg. Aen. IV, 57, ad quod Serv. V, 96; VII, 93; VIII, 544; XII, 170. Ov. met. XV, 575, fast. IV 935 etc. Asinus ap. Hesych. nominatur *ἀμφώδων*, ubi haec legitur interpretatio: *ἐπεὶ καὶ κατὰ τῶν ἄνω καὶ κάτω ὀδόντας ἔχει* (?). Ad *bidens* affero proximum *bisulcis* de sue et adiective ot substantive positum; C. Gl. L. IV 25, 42 *bisiliter*; cf. Ribb. Trag. fragm.² praef. p. LXXV. — cf. quoque Ratatoskr = „Nagezahn" (sciurus in Germanorum mythologia): Mogk, German. Mythologie, Lips. 1906 p. 95.

2) *bimus*, factum ex *dui-himos*, cf. *hiems*, gr. *δύσ-χιμος*, *χίμαρος* capra inter primum (?) vitae annum, schol. Theocrit. 1, 6 [francog. aquit. *bime* = vacca bima, forjul. *bime* = agnellus bimus] (Th. L. L.).

quae superioribus et inferioribus est dentibus. (cf. p. 33 *bidentes . . . sunt oves duos dentes longiores ceteris habentes;* Hyg. apud Macrob. VI, 9, 7.) Quod apparere in ovibus secundo aetatis anno paene peracto (Serv. ad Aen.[1]) IV, 57; cf. Pseudacron. ad Hor. c. III 23, 14); cf. Olckium et Nehringium (Jahrb. f. Philol. 1893); hic ut totus est in rerum agrestium studiis bidentis nomini nostrum *Zweischaufler* vel *Jährling* sermone rustico tritum respondere monet. Illius ovis aetatis caro quia optima est libenter editur, taleque animal cum sacerdotum tum deorum animis placuisse acceptumque fuisse quis est quin credat? Neque autem quod pontifices ut bidentes solae aliis spretis hostiis immolarentur postulabant, id ad privata sacra attinuisse videtur (cf. Olckium l. c.). Neque desunt loci, quibus bidentis vocabulo eadem inest vis atque significatio quae ovi, ut Ov. met. X, 227, C G L IV 211, 44. Item hoc ipso apud Phaedrum loco (I, 17) nulla innatae notionis ratione habita pro ove exstat *bidens.*

Itaque *bidens* vocem eundem usum sumpsisse atque alias nonnullas intellegemus. Ut paucis repetamus res: significatio verbi in ritu trita in ruminales hostias, quarum dentium illud proprium est, spectabat; primaria vis nescio an in colonorum sermone antea versata de certa illa animalium specie in res sacras influxerit; deinde a poetis nomen receptum latiusque vagatum esse certi nobis exstant testes, ita ut postea — cf. Phaedrum hic — omnes oves significet *bidens* et vis propria iam neglecta sit; in aliis quoque sermonis generibus nomen non tritum esse equidem non crediderim; certe in vulgari quidem sermone bidentis nomen versatum fuisse verisimillimum videtur.

Haec vox quamvis e certa dentium natura antiquitus sumpta sit, tamen eadem certae aetatis hostiam indicabat, atque varia nomina animalium haud ita inusitata de certa

1) cf. Ed. Norden. ad Verg. Aen. VI, 38 sq. p. 131 de *bidens.*

eorum aetate primum dicta fuisse apparet; exempla apud Schraderum mihi praesto sunt haec:[1])

„Widder", cui „vitulus" finitimum, cf. ἔτος, vetus, = „Jährling"; ita praeter alias Germanorum dialectos in Gotica praecipue.

χίμαρος, χίμαιρα (cf. bimus supra adn.), germ. êngimus (lex Sal.), cf. Rhen. inf. „Einwinter".

μέτασσαι Hom. ι 221.

ἀμνός idem valet eodem Schradero auctore;

νεβρός quoque cum νέος cohaerere monendum.

Schraderi exemplis annectam Hesychii in quem incidi locum:

βρητός] ἀλεκτρυὼν ἐνιαύσιος, cf. πρητῆνας et ἐπιβρητῆνας] τοὺς ἐνιαυσίους ἄρνας

Sermonem sacrificalem rarioribus animalium vocibus valde delectari supra iam cognovimus p. 18 sq.: κνακός = hircus; quo accedit iam *bidens*; ita in hoc linguae genere agnellus subrumus ἡδύχροος vel ἡδύπνους dicitur (Phot. p. 63, 1); hoc Lobeckius (Aglaoph. II p. 847) ad numerum nominum provincialium fortasse adscribi licere putat et alia vocabula ignotiora oraculis intexta; huc nescio an quadrent κάλαϊς (= gallina) et καρταίπους (= taurus, delph.); βαιῶμφαι (Hes. αἱ αἶγες, ἐν ἱερατικοῖς) Lobeckius Aglaoph. II p. 880 certo declarare non audet. Habemus hic, ut ita dicam, ἱερωνυμίαν sacrorum propriam.

Peregrina volucris.

(Phaedr. I, 26: „. . . *Quae cum lagonae collum frustra lamberet, Peregrinam sic locutam volucrem accepimus.*") Ponitur pro ciconia.

---

1) Reallexikon d. indogerm. Altertumskunde, passim.

Quo cum loco optime Publilii Syri versus a Petronio (55, = Ribb. sc. p. fg. II p. 304) servatos viri docti[1]) contulerunt:

„*Ciconia etiam grata peregrina hospita pietaticultrix gracilipes crotalistria avis exul hiemis, titulus tepidi temporis* . . .“ [2]) Sed exoritur quaestio, utrum Phaedrus hic illum ad imitandum sibi proposuerit necne. Quare haud abs re puto quaedam huius carminis nomina in comparationem vocare.

Ciconia grata peregrina hospita. Avis sane peregrina vocatur, quia quotannis statis temporibus peregre abire et reverti solet.

Simile nomen est *Advena*: ‚Advena‘ talium genus avium appellat Varro R. R. III c. 5, n. 6, quales praeter ciconiam sunt gruis, cothurnix, hirundo, quibus opponit *vernaculas volucres*[3]) (gallinas ac columbas). *Hospita* Publilii alludit ad salutandi morem ciconias vere ineunte Italiam pervolantes: Cassiodorus II 14 *laetitiam verni temporis introducens;* Ambrosius Exameron V, 14, 48 (= Corp. script. eccles. Lat. vol. XXXII pars 1 p. 177); VI, 420. Plin. N. H. X, c. 23. Adorare etiam solebant ciconias, qui primum illas conspicabantur: Philostr. epist. II p. 229 Kays.; nostrates rustici *Heilbot* compellant eas.[4]) (cf. *grata* hoc loco.)

Pietaticultrix: De ciconiarum pietate documenta proferre non attinet. *Avis exul hiemis* et *titulus tepidi temporis* ex eodem vulgari illo more comprehenduntur.[5])

---

1) cf. Schwabe ed. 1806, I p. 412.

2) Ubi nomina in hymnorum modum iocose cumulata nota digna sunt.

3) Plin. N. H. 10, 61: *illas* [ciconias] *hiemis, has* [grues] *aestatis advenas;* 18, 209 *volucres.*

4) De simili Germanorum usu v. Mannhardtium: Haupts Zeitschrift XII p. 400 et A. Dieterich: Archiv f. Religionswissenschaft, vol. VIII in corollario p. 82 sqq., praecipue p. 105. Ael. VIII, 20: π. ὁ οἰκέτης, quo de loco nos admonet Thompsonius.

5) Tamen ciconiam veris nuntiam esse haud ita saepe veterum scriptores tradiderunt, milvum et hirundinem abunde, cf. Plin. N. H.

Ciconia igitur veris nuntia avis erat omnibus cara et accepta; ex hac natura varia eius epitheta originem sumunt. In quibus haec puoque Phaedri cognomina habenda sunt: nihil extraordinarii neque quidquam singulare in eis recurrere invenimus. —

Hic non omittendum puto alium locum, quo Phaedrus Graecorum aemulus Graeco vocabulo spreto Latinum infert (cf. epilog. lib. II, v. 8). Append. fab. 28 de *fibre*, ubi Phaedrus ad fibris nomen haec adnotat:

Graeci loquaces quem dixerunt castorem
Et indiderunt bestiae nomen dei,
Illi, qui iactant se verborum copia.[1])

Phaedrum eos Graecos aggredi apparet, qui castor bestiae vocabulum a Castore heroe derivare studeant.

Dioscuros cum vulgaris opinio ut venatores percipiebat tum e Castoris cultu nomen canum qui vocitabantur *Καστόριδες* natum esse non deerant qui traderent: Pollux V, 37: *Καστόριοι(αι) δὲ καὶ Μενελαΐδες καὶ Ἁρμόδιοι ἀπὸ τῶν θρεψάντων ὠνομάσθησαν.* 39: *αἱ δὲ Καστορίδες Κάστορος θρέμματα, Ἀπόλλωνος τὸ δῶρον· ταύτας δ' ὁ αὐτὸς οὗτος ποιητής* (= Nicander[2]) *εἶναι τὰς ἀλωπεκίδας λέγει, μιξαμένου τὸ γένος ἀλώπεκι Κάστορος.* Xenophon de venat. 3, 1: *Τὰ δὲ γένη τῶν κυνῶν ἐστι διϲϲά· αἱ μὲν γὰρ καστόριαι, αἱ δὲ ἀλωπεκίδες. Ἔχουσι δ' αἱ μὲν Καστόριαι τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην, ὅτι Κάστωρ ἡσθεὶς τῷ ἔργῳ μάλιστα αὐτὰς διεφύλαξεν.*

18, 237; Oppian. (Ixeut.) 2, 8; carmen Rhodiorum hirundininum (= Carm. popul. 44 Hill.-Crus.). Cf. *περι(αγίρ)τρια· ἡ περιαγγέλλουσα τὴν ὥραν*, ut Photius ex Naberi coniectura alaudam nominat (Herw.); sed valde incerta vox.

1) Hic fortasse Phaedrum ex lexico quodam bestiae nomen exhausisse Maassius suspicatur.

2) cf. Opp. Cyneg. II, 14 sq.; Anthol. Pal. VI, 169 Agathiae epigramma dedicatorium: *καστορίδων ὑλακά.* Hinc Suidas: *καστορίδων· κυνῶν.*

Utrum vera sit ea sententia an similitudo quae intercedit inter *Κάστωρ* herois et *κάστωρ* fibris nomina vocabula indiderit, hodie diiudicare non possumus.[1]) Hoc certo quidem intellegimus *καστορίδες* canes ex omnium sententia ut e Castoris stabulis exortos cum eodem collatos esse. Poeta quod *Graeci loquaces quem dixerunt castorem* adnotat, aut Graecos omnino aut certos Graecos quosdam reprehendit, qui *castor* vocem cum herois cohaerere sibi videantur. Atque hoc quidem non sine consilio dicit poeta: Tamquam illorum grammaticorum sequatur partes, qui nova nomina non a deis, sed a populo natura profecta esse sibi persuaserint, eam impugnat opinionem, qui omnia vocabula deorum munera censeant; Phaedri praecipue temporibus et paulo ante eum permultos ita sensisse homines neminem, qui illorum aetatem inspexerit, effugiat. Auctorem popularem colorem in fabula haud feliciter adfectantem offendimus: Doctissimas verborum explanationes quasi repudiet et ipse rerum naturam cognoscat, eorum refutat adrogantiam, qui vulgares sententias minutis et scrupulosis doctorum opponant interpretationibus.

Iam ad nonnulla progrediamur nomina, quae utrum substantiva sint an adiectiva e verborum compositione certo intellegi non potest, quorum in numero est

discolor (decolor?),

quod ponitur pro cicada apud Avianum 34, 11 (Ellis), ubi codicum lectiones altera *discolor,* altera *decolor* offerunt:[2])

Discolor hanc precibus supplex alimenta rogabat,

. . . .

Parvula tunc ridens sic est affata cicadam.

---

1) Nescio an colorum similitudo fuerit inter canum genera illa ac fibrem?

2) *discolor* codd. Oxon., O, R, X. *decolor* codd. Paris. A, P et fragm. Karoliruhense (Ellis.).

Utrum substantivum sit vox an adiectivum quamvis ambigi possit, tamen ad illam potius proclivis sum opinionem. *Discolori supplici* enim *parvula ridens* (v. 15) oppositum esse censeo; *discolori* (= cicadae) optime respondet *parvula* (= formica); *ridentis* alterius animalis affectio cum alterius, *supplicis*, confertur, ac *supplex* adiectivo *ridens* convenit participium grammatice in adiectivi notionem positum. Hanc interpretationem Babrii adiuvat comparatio, quem hic verbotinus fere transfert poeta (136):

τέττιξ δὲ τοῦτον ἱκέτευσε λιμώττων
δοῦναί τι καὐτῷ τῆς τροφῆς ὅπως ζήσῃ.

. . . .

γελάσας δ' ὁ μύρμηξ τόν τε πυρὸν ἐγκλείων
‚χειμῶνος ὄρχου' φησίν . . .

quibus cum versibus Aviani conferas modo commemoratos:

Discolor hanc precibus supplex alimenta rogabat

. . . .

Parvula tunc ridens sic est affata cicadam.

Quae cum ita sint, restat ut lectionis diversitatem explanemus.

Discolor recte notat Ellisius de rebus bestiisque versicoloribus dici, cf. Stat. Theb. IV 327; IX 685 de tigride, X 119 de arcu caelesti; Martial. XIV 17, 2 variorum colorum calculus *discolor* nominatur. De certo genere bestiolarum quae diversorum sint colorum quasi mixtorum, fortasse cogitandum esse Ellisius existimat.[1]) *Decolor* de eo usurpatur, cuius colores corrupti aut contaminati sunt aut proprius color amissus est; ita Indus Prop. V 3, 10; Ovid. Trist. IV 242, Iuven. sat. 6 de filio Aethiopis.

---

1) Concludit Ellisius: „... and a cicala would be so called as not uniform in colour, but presenting in its body different hues crossing and intermingling with each other. This would be true of our grasshoppers, whiche sometimes combine brown with green or yellow; and it may by equally so of Italian species. (Av. perhaps meant to contrast the motley colours of the cicala with the black hue of the ant)."

Quare haud scio an si *decolor* rectum sit, hac voce inde denotetur cicada, quia nigrum vel potius obscurum corporis colorem gerat. Ellisius quamvis hoc fieri posse concedat, tamen *discolor* praeoptat. Ego vero ad contrariam partem inclino. Namque perscrutanti mihi naturalium rerum scriptores veteresque lexicographos, quae cicadarum appellationes exstarent, apud Hesychium occurrit *κίλλος* (*κιλλός*?) vox, ubi s. v. cum asinum (vide s. auritus pg. 52) tum *τέττιξ πρωινός* (*ὑπὸ Κυπρίων*) sic nominari ediscimus, cum adiciat auctor *κίλλον εἶδός τι χρήματος φαιοῦ* esse, qui color et asinorum et cicadarum proprius est. Qua cum voce optime conferendum Aeliani annectam locum N. A. X 44, ubi *τέφρας* legitur, quod *decolori* egregie respondet. Qui cum varia cicadarum epitheta afferat, quae pleraque non diversarum generis specierum, sed partim universi generis appellationes exstant,[1]) partim distinguunt species, haec adnotat: *ὁ μὲν* (*γὰρ*) *τέφρας* (= *τεφρίας*?) *ἐκ τῆς χρόας ὀνομάζεται*;[2]) hac voce quin cinereus color significetur dubium non est. Proximum recurrit *αἰθαλίων* Theocrit. VII 138 cicadae nomen,[3]) = fuscus = decolor. *Ἄχροος* nomen, cui *decolor* omnino respondet, apud Hesychium de asino pari colore imbuto reperiri adnotaverim.

---

1) cf. J. G. Schneideri edit. Lips. 1784.

2) Totus locus hic (Hercher):

Γένη δὲ ἄρα καὶ τεττίγων οὐκ ὀλίγα ἦν, καὶ αὐτὰ οἱ δεινοὶ ταῦτα εἰδέναι ἀριθμοῦσι, καὶ ὀνόματα ᾄδουσιν αὐτῶν. ὁ μὲν γὰρ τεφρὰς ἐκ τῆς χρόας ὀνομάζεται, ὁ δὲ ἄρα μέμβραξ ὁπόθεν οὐκ οἶδα, καὶ λακέτας δὲ ἦν ἄρα τέττιγος ὄνομα, καὶ κερκώπην ἀκοῇ παρεδεξάμην, καὶ ἀχέταν τινὰ καὶ ἀκανθίαν. ἐγὼ μὲν οὖν τοσαῦτα τεττίγων ἀκούσας γένη μέμνημαι· ὅτῳ δὲ καὶ πλείω τῶν προειρημένων ἐς γνῶσιν ἀφίκετο, λεγέτω ἐκεῖνος.

3) Observatio illa cicadas meridianis praecipue temporibus cantus tollere et peruri solibus recte animadvertentium nescio an in nomine indendo subfuerit; plurimi *αἰθαλίων* per *perusta solibus* reddunt; ita Fritzschius ad l.; de cicadis omnino nonnulla apud eundem ad Theocr. VII 139 (Lips. 1865 vol. I p. I). Cum *κίλλος* cf. Killa oppidum in Troade situm (Il. I, 38) e colore nominatum.

Neque quemquam qui proprium harum bestiolarum colorem sciverit et inspexerit,[1]) *decolor* quam *discolor* multo melius epitheton cicadae poetam imponere fugiat. Atque conclusionem inde paulo graviorem facere nobis licet: Poeta cum *decolor* vocabulum exhibeat, de propria vocis sententia non cogitavisse videtur. Formicam enim pariter subnigram esse satis superque constat inter omnes, *decolor* cicadae subnigrae appellatio ne eiusdem fere coloris animanti nominatim opponatur res ipsa impedit. Avianus ergo vim innatam aut non novisse aut maiorem quandam auctoritatem ei indere noluisse videtur, qua re magis mihi probatur poetam hanc appellationem non ipsum finxisse, sed velut tritam et usitatam ex populari sermone de industria versibus suis recepisse.

In eadem fabula formica vocitatur

Parvula

= Aviani fab 34, 15 (de formica et cicada):

Parvula tunc ridens sic est affata cicadam.

---

1) Exempla simillimarum appellationum adsunt; haec sufficiant: schwarzbraun(lein) = pulex Wossidlo (II pars 1 1865 b), swartrock = Mistkäfer, graujack = lepus W. II p. 1 1109 a; graubein = lupus ap. Suecos.

Neque non operae pretium sit cicadae nonnulla nomina coarcervare, quorum maxima pars ad sonorem quem edunt bestiolae quadrare videtur. cf. *λιγάνταρ* Lacon. (Lob. Aglaoph. 548) a verbo *λιγαίνειν*, Dor. *λακέτας* Aelian. N. A. X 44 et *ἀχέτας* Aristoph. Aves 1095, Pax 1195; *ἠρινολόγοι* Hes., *θυλακοτρώξ* de cicada et mure fortasse poeticum; Hes. s. v. *γραῦς Ἔριφος; ἑρπυλλίς* Hes. (Lob. Proll. p. 127). *Καλαμαία· εἶδος ἀκρίδος, ἣν καὶ μάντιν καλοῦσι*, cf. *καλαμίδες*, Hes., qui s. v. K.: *Κερονῆται* (in Cypro) *δὲ τοὺς μικροὺς τέττιγας καλαμι[ν]δας* (corr. Schmidt) *καλοῦσιν. Ὄρπας· τῆς ἀκρίδος ὁ γόνος*, de *ἕρπω* sane. *Πετηλίς: ἀκρίς*; nos quoque hoc locustae genus ‚das wandelnde blatt' appellamus; cf. edit.

Bestia quaevis, quo minor est, eo plures appellationes habet, quam rem ad humani animi naturam effictam esse per sese intellegitur; cf. Behaghel, Die deutsche Sprache, 1904 p. 98, ubi idem egregie explanatur atque declaratur.

Ellisius comparat Horatii saturam I 1, 33: *parvola, nam exemplo est,*[1] *magni formica laboris ore trahit quodcumque potest atque addit acervo.*[2] Adnotat Kiesslingius: „Der Genetiv der Eigenschaft magni laboris soll nicht aus der Gattung formica eine bestimmte Art aussondern, als gebe es eine parvi formica laboris, sondern ebenso wie bei Eigennamen [carm. I 36, 13; III 9, 7; ep. V 41] das Individuum, und ein solches ist die Ameise durch ihre Verwendung in der Fabel geworden, charakterisieren.“ In sermone vulgari proverbiisque pro bestiolis minimis saepius formica dicitur:[3] *ἢ μύρμηξ ἢ κάμηλος* Lucian. Sat. ep. I, 19, Diogenianus II, 89; Zenobius III, 70 *ἔνεστι κἂν μύρμηκι χολή*). Quae cum ita sint, in hac praecipue linguae provincia adiective parvolam formicam appellatam esse suspicor; facile profecto re ipsa factum esse intellegatur, ut hoc animal tanta industria[4] tantaque corporis brevitate praeditum quam maxime intentis oculis contemplarentur homines; neque quidquam extraordinarii in Horatii adiectivo inest. Ac breve corpus magno labori formicae saepius opponitur, e. c. Ov. met. VII 624 *frugilegas aspeximus agmine longo Grande onus exiguo formicas gerentes* natura earum fideliter expressa.[5]

1) „Das Gleichnis ist ganz wie ein Gleichnis ernster Poesie sprachlich besonders ausgezeichnet: parvola bildet mit magni laboris eine hübsche wohl nicht von H. gefundene Antithese“ (Kiessling); Ps. — Phocyl. 150 de formica *φῦλον δ' ὀλίγον τελέθει πολύμοχθον.*

2) parvulus = puer Av. 25, 9, parvolae = puellae Front. 19, 35 Naber. Av. Arat. 981 brevis hic lepus = parvulus 747.

3) A. Marx, in P. W. p. 1821 s. v. „Ameise“.

4) cf. Otto, Sprichwörter der Römer 690 sqq.; Aristoteles H. A. IX 155 = 622 b 20 sqq., Plin. XI 108 sqq., Plut. de soll. an. 11. — „Ameise“ vocem nostram cum *emsig* cohaerere etymologice non desunt qui contendunt, cf. *ἴδρις.* formica = emseike, imseik(e) ap. nostrates (Leithaeuser, Volkskundliches aus d. Bergischen Land); apis mellificans = arbetsîme (ibid.). „Imsen“ pro formicis: Goethii Faust, v. 7585 e. c.

5) Item Verg. georg. I 379. 380, qui labore magno exigua convectantem festinantemque praeclarissime ita depingit: *Saepius et tectis*

Horatius nescio an ipse iam vocabulum e fabularum corpore quolibet seu proverbiis petiverit; certo quidem sententiam de formica ibi pervulgatam in epitheto indendo subfuisse sumendum est; idem de Aviano dicendum videtur, quem illum poetam Venusinum ad imitandum sibi hic proposuissse credibile sit.[1])

Iam properamus ad

Auritulus (vel auritus)

verbum, quod exhibet Phaedrus I 11, 6 (de asino et leone venantibus):

Hic auritulus Clamorem totis tollit viribus novoque turbat bestias miraculo.

Auritulus semel dictum est, *auritus* saepius. Hic deminutive *auritulus* asinus vocatur, ut animalis ignavissima

---

penetralibus extulit ora Angustum formica terens iter; cf. Aen. IV 405. 406.

1) Alterum formicae epitheton idque Graecum pulcherrimum addere mihi liceat ἴδρις = Hes. Erga 778 [ubi v. Goettling-Flach ad l.]. Hesiodus quod formicam ἴδρις, cochleam φερέοικος v. 571, polypodem ἀνόστεος v. 524 vocitat, tales appellationes et vetustiori poetarum Graecorum sermoni et rusticorum iocorum rationi respondere elucet, et Boeotorum imprimis dialecto talia nomina maxime accepta eorumque naturae ac moribus rudioribus pergrata fuisse apparet (cf. Bergk, Griech. Litteraturgeschichte I p. 1020 adnot.); infra ego plura de hac re disseram.

Neque omittendum censeo hoc loco *rustica* pro formica positum Phaedr. IV 25, 10, quod vocabulum item e rebus magis declaratur (= *Gelegenheitsbildung*) ut ὁ πήλικος (B. 69, 4 lepus). Ubi muscae ipsius vitae emolumentis allatis formicam vehementioribus verbis prosequitur. Quanta hominum in animalibus insint sensus ac sententiae in fabulis, ex hoc praecipue loco optime intellegas. cf. quoque Phaedr. IV 9, 10 *barbatus* (scil. hircus).

Unum adicio formicarum nomen μεταλλεῖς Hesychio auctore: „τῶν μυρμήκων τινὲς οὕτω καλοῦνται“ ut μεταλλεύοντες quasi, i. e. metalla effodientes; nos dicimus *Bergmänner*.

mens vultusque ad ridendum compositus leonis fortitudini obiciatur.[1])

Usus vocis e Thesauro Linguae Latinae perspicitur.

1. *auritus* de asino:

Ov. fast. VI 469 *simul auritis violae demuntur asellis;* ars amatoria I 547 *asello;* amores II, 7, 15 *ut auritus miserandae sortis asellus.* Augustin. serm. 204, 2 *asinus animal auritum.*

De asino igitur *auritus* absolute non reperitur.

2. *auritus* de lepore:

Verg. georg. I, 308 *auritosque*[2]) *sequi lepores;*[3])
Germanicus 341 *auritum Leporem sequitur Canis.*

Martialis VII, 87, 1 *si meus aurita gaudet lagalopece Flaccus,* ubi *lagalopece* quod sit animal certo adhuc non scimus; tamen ex addito *aurita* verbique compositione cum lagos (lepus) id cohaerere pro certo mihi constat.[4])

---

1) Vocabulum explicatu facillimum, cf. Paulus ex Festo (ed. Thewrewk de Ponor) I p. 6: *auritus a magnis auribus dicitur ut sunt asinorum et leporum, alias ab audiendi facultate;* Serv. ad Verg. Georg. I 308; Prisc. gramm. II 441, 28; C. Gl. L. II 27, 17; 569, 10. *Vox inde a Plauto* (Th. L. L. II p. 1519).

2) Serv.: *id est maiores habentes aures.*

3) Afran. com. 408 *nam quod vulgo praedicant aurito me parente natum, non ita est;* affert Macr. sat. 6, 5, 6, qui haec: *„auritos lepores“ non Maro primus usurpavit, sed Afranium sequitur, qui in prologo ex persona Priapi ait.*

4) *λαγωός* ipsum = *λαγ(αρος)* + *ους* = „Schlaffohr“ Schwyzer: Kuhns Zeitschrift 37, 146—150, ut Maassius me docet. cf. indic. *lambakarna* = auritus pro lepore (Edlinger); *λεβηρίς*, cuniculus, cum *λοβοί*, legula (auris) cohaerere dicit Schraderus (Reallexikon); gall. lapin = auritus; nostrum „Langohr“ iam affert Iac. Grimmius ad Reinhart Fuchs p. 236. *Οὐατίας* homo cf. supra p. 20.

Aliter auritus e. c. Plaut. Mil. glor. 608: *speculabor, ne quis ... nostro consilio venator adsit cum auritis plagis*, quo loco ut multis aliis Plautus e venatorum lingua hausit.

Romulus[1]) in fabula de accipitre et luscinia, ubi in editione Oesterleyi p. 67 exstat *accipiter ut specularetur auras*, sed cf. editionem codicis Ademari in G. Thielii opere cuius titulus est *der illustrierte Aesop*, qui pro *auras* legit *auritum;* idem codicem W praebere Thiele mihi affirmat; cf. Romulum 2, 7 de cane decrepito p. 55 Oest.: *cum comprehenderet auritum leporem.*

Neque apud Phaedrum *auritus* substantivum esse videtur; immo antecedit asellus nomen v. 3; id nomen postquam pronuntiavit poeta, unusquisque lector Romanus ad *auritulus* adiectivum supplebat ipsum *asellus.* Scilicet neque *auritus* usquam pro substantivo occurrere videtur. *Auritulus* ex *auritus* nescio an Phaedrus ipse finxerit, quod si cupiebat, eiusdem modi innumerabilia paene verba ante oculos imitanda habebat.

Substantiva apud Graecos non invenimus ea quae Romanorum *aurito* respondeant pro asino posita, quamvis *ὠτίς,* i. e. species quaedam avium tardarum, et *ὦτος* (*ὠτός*[2]), i. e. ulula aurita, eadem cum ratione vocitentur. Adiectivis *οὐατόεις* vel *ὠτόεις* epithetis asinus saepius quam lepus designatus esse videtur.[3]) Apud Babrium hoc legitur cognomen, quod ad gravissimum laborem et miserrimam vitam eius pertineat: 250 *ὄνος ἄρρωστος.* Graecorum praecipue voces nota dignae hae: *κίλλος*[4]) (cf. supra s. v. *decolor*); clamorem increpant

---

1) Qui Romuli loci in Thesauro absunt. — Iuxta hic commemoraverim *αἰολωπίας* (vulg. *-οπίας*). *ποικίλ'* [*ἔχων ὦτα?*] Hesych.; fortasse glossam comicam (cf. Aristoph. Equ. 1844): „potuit etiam lepus ita dici; ita ipse conieci“ (Herw.), Dindorf *αἰολοπίας* sive *αἰολωπίας;* sed multo incertius vocabulum.

2) cf. hominem illum eximia corporis magnitudine *Ὦτος.*

3) Callimach. fg. 320; Anthol. Pal. XI 130, 5; Nonn. Dion. 21, 207; Eust. ad Il. p. 870, 6; 1299, 36. De lepore: Anth. Pal. VII, 207.

4) asinus angl. = dun-key propagatum ex dun = decolor (v. Edlinger, Erklärung d. Tiernamen aus allen Sprachgebieten, Landshut 1886); cf. *λευκομυόχρους*, albi muris colorem habens, de asino Kenyon, Greek papyri in the British Museum II 196, 14 (a. 141 p. C.) et Papyri

βρωμητής, ὀγκη(σ)τής, μεγάμυκος Suid. (adi.?), propter verberum copiam *ἀείδαρος* apud Neograecos compellatur; *μέμνων* (Hes.) nomen ob patientiam convenit asino; *μύκλος* (Hes.) ob salacitatem.[1]) *βρικόν*] *ὄνον, Κυρηναῖοι, βάρβαρον,* sed infra legitur *βρύκος* = *βάρβαρος* (cf. eiusdem glossam *βρικοί* = *πονηροί*). *ὀκρίβας*[2]) (*ὄκρις* + *βαίνω*[3]) de asino et ariete dicitur (Hes.); *κάνθων* (Suid. et alii), cf. *κανθήλιος, κανθήλια* = clitellae.[4]) Quae potestas sit *γαιδάριον* nominis (cf. neogr. *γαϊδάρι*), quod legitur in *The Amherst Papyri by Grenfell and Hunt* 1901, II 153, 4 in epistula saec. VI vel VII, hodie nondum exploratum videtur.[5])

Berolinenses, *Aegypt. Urkunden aus d. Königl. Museen zu Berlin* 228; item simpliciter *μυόχρους* Kenyon II 195, 12 (a. 69 p. C.) et 198, 17 [Herw.].

1) Apud veteres nullum inveni nomen substantivum, quod asinum pigrum denotat; sed cf. nostratium „fuhlik“ ad „faul“ = asinus (Leith.).

2) *παρὰ τὸ τὰ ἄκρεις βαίνειν; ὄκρις* = *ἄκρις:* Brugmann, Griech. Grammatik [3] p. 196.

3) cf. *βάτης* = *ἀναβάτης* pro simio; — *βαδιστής* = *ὄνος βαδιστής* Grenf. II 14 (b), 5 (a. C. 264 aut 227) [Herw.]. Hesych. *γλαὺξ*] *νυκτόβας,* = *νυκτοβόα,* ut Maassius scribit in commentatione „Der alte Name der Akropolis“: Jahrbuch d. arch. Instituts, 1907, p. 143 adn.

4) Graecos multifariam asinum transnominavisse e testimoniis satis elucet; apud Romanos praeter *auritulum* illud *cillus* invenitur, sed a malis testibus confirmatum (Juvenal. XIV 97 nunc legitur *coeli*); *angarius* (aggarius) = nuntius, *ἀγγάριος?* Haec tamen nomina non modo incerta exstant, sed etiam Graecorum, non Romanorum antiquitus esse videntur. —

In *ἀγανόμοχθος* = *ἡμίονος* (Hes.) latet muli indefessi epitheton; cf. adnot. s. v.

5) Opusculo hoc confecto occurrit mihi Encyclopaediae P. W. fascic. 79 nuperrime editus, in quo Olckius uberrime egit de asino p. 626 sqq., qui eadem fere atque ego collegit asini nomina (p. 632) omnibus testimoniis allatis; sed *ὀκρίβας* et *μέμνων* Olckius non novisse videtur; de *γαιδάριον* cf. Herwerdeni lexicon suppletorium s. v.; idem Olckius muli cognomina collegit p. 655.

Caput tertium.

Quoniam singulas voces recensuimus, nunc restat, ut materiae comprehendendae causa observationes quasdam adiungamus, quas generaliter de animalium nominibus fecimus.

Ac primum quidem ea componamus vocabula, quae de compluribus simul bestiis usurpata sunt; horum alterum genus nomina ipsa, alterum nomina ab eadem stirpe derivata ad diversas bestias appellandas continet. Illius generis hoc unum inventum est exemplum
κερδώ de vulpe et mustela; alterius haec collegi exempla: a *κνηκ*-stirpe haec sunt repetita vocabula:

κνηκίας lupus et equus,
κνηκός equus,
κνηκίς cerva (Hesych.),
κνακός haedus.

Ad hanc divisionem adsciscere et comparare mihi liceat exempla ex Hesychio [1]) deprompta:

κίναδος] *ὄφις*. *ἀλώπηξ* cf. supra p. 12, 1.
ἀνόστεος] *ὁ θαλάσσιος πολύπους* [2]) et *σκώληξ*.
ἀλάκ⟨α⟩ται] *γῆς ἔντερα* [3]) et *σφῆκες*.

---

1) Hesychius eximiam habet eorum nominum copiam, tamen qualis nobis adest eius hodie editio, permultae glossae valde corruptae sunt, ita ut certis vel paene certis glossis utar solis. Alia lexica multo minora offerunt animalium nomina.

2) Ut animal omnino carnosum *(knochenlos)*.

3) Propter formam vermium fortasse.

δερμιστής] ὁ σκώληξ ἢ ὁ σὴς ὁ τὰ δέρματα ἐσθίων. Ἀριστάρχος ὄφιν.
θυλακοτρώξ] μῦς. οἱ δὲ ἀκρίς.
καλλίκριτα [1])] χελώνη et φώκη.
κεράμβηλον] . . . θηρίδιόν τι ὃ περὶ τὰς συκᾶς δεσμευόμενον ἀποδιώκει τῇ φωνῇ τοὺς κνῖπας. ἔνιοι τοὺς κανθάρους ὡς κέρατα ἔχοντας [2]) (κεράμβυξ Thessal.[3])).
λάθαργοι (λήθαργος, Schleicher)] σκώληκες. κύνες κρύφα δάκνοντες.
μωρίαι] ἵπποι et βοῦς (cf. ἄλογον, quod praebet Herwerden, Lex. gr. suppl. s. v. μ.).
οἰνάς] γένος κόρακος et ἀγρία περιστερά.
ταχίνης] λαγωός et ἔλαφος, Lacon. (cf. ad δασύπους).
φερέοικος] κοχλίας, ζῷον ὅμοιον γαλῇ, ζῷον σφηκός μεῖζον etc. cf. Et. M. p. 790,35.[4])

Huius generis in nominibus eis, quae a fabularum poetis animalibus imposita sunt, nulla nisi duo exstant exempla, quoad hodie rem cognoscere possumus et ipse eorum vestigia potui videre: κερδώ de vulpe et mustela atque κνηκ-(stirps) = lupus, equus, cerva, haedus; de nominibus multo pluribus idem dicendum esse testimonia modo allata demonstraverunt. Rei per se infinitae ponendus est modus; quare ex ceteris unum tangam κίναδος: quod de serpentibus et de vulpibus apud eandem gentem dictum fuisse quamquam non est verisimile, tamen profecto aliter res se habuisse videtur. Neque enim desunt testes, e quibus eadem epitheta de diversis animalibus usitata exstitisse intellegimus (in κίλλος?)[5]); idem mos apud alios

---

1) Καλλικέρων aut simile editor censet.

2) Ubi Mauritii Schmidtii adnotationem inspicias.

3) Κίλλος de asino et cicada supra iam prolatum est s. v. *decolor*; cf. Pollux VII 56; et τέφρας, ἄχροος vide ad *decolor*.

4) Cui quaestioni toti hoc loco satisfieri non potest.

5) „ὑπὸ τῶν Κυπρίων" adnotatiuncula fortasse ad totam glossam referenda; cf. quoque φερέοικος (in eadem gente de compluribus feris dictum?); tamen κίλλος pro asino Dorum praecipue esse videtur, cf. Pollux VII 56: κίλλον τὸν ὄνον οἱ Δωριεῖς . . . λέγουσιν.

quoque populos reperitur.[1]) Quod quamvis partim inde originem capiat, quod qui nostri supersunt fontes ipsi quoque certas de vocum usu origines assequi non semper poterant, partim aliam rationem subesse cogitemus; melius ita res declarare nobis licet, ut easdem voces aliam in alia eiusdem linguae provincia versatas putemus; qua de re quod parum hodie scimus, vehementer dolendum est.

Aliam deinde instituamus quaestionem, quae nomina antiquitus **substantiva** et quae **adiectivorum** modo antea usurpata fuisse videantur. In hoc quidem genere haec sunt vocabula:

πτώξ, quae vox in Homericis iam carminibus (cf. pg. 6 sq.) ex adiectivorum consuetudine in substantivum transversa est;
laniger,
(decolor),
(parvula).

Quod qui factum sit primo obtutu facile est intellegere: quae epitheta primum in varia animantia et in certum praecipue quoddam ceciderunt, postea aut semper aut paene semper de una dicuntur bestia; ita, ut ex infinita copia unum exemplum delibem luculentum, in *πτώξ* res fuisse videtur.[2])

Quibus vocibus altera nominum opponenda est natura eorum, quae, quoad hodie res diiudicare possumus, de eisdem animalibus **numquam adiective** antea dicta sint vel potius in libris nobis traditis adiectivorum usum non praebeant; quorum numerum minorem esse per se iam intellegitur. Neque tamen antiquitus quibusdam epithetis adiectivorum habitum subfuisse et nomina quaedam ipsa adiective aliis — ut

1) E. c. *lagosta* portug. de locusta et de cancre marino (Körting, Lat.-Rom. Wörterbuch). Cf. quoque nostra in lingua *Falke* et pro equo et pro bove positum; de equo cano e. c. in Goethii carmine illo ad Fridericam Brionem misso cui initium est: *Nun sitzt der Ritter an dem Ort* v. 10: *Mein Falke stolperte wie blind.*

2) *πτώξ*, si fides habenda est Hesychio testi, ad *λαγωοί*, *δορκάδες*, *ἔλαφοι*, *νεβροί* e. c. appellanda adhibetur; substantive de lepore solo *πτώξ* usurpatum idem tradit auctor.

sonipes e. c. equo — apposita fuisse negandum sit.[1]) Eiusmodi haec sunt vocabula:

δασύπους,
[*καλλίας* et] *κνηκίας* in *ιας* cadentia,
μιμώ et *κερδώ* in *ώ* cadentia,
sonipes (de equis dictum),
terraneola,
bidens.

Satis adhuc multa de eo nominum genere: nunc gravior intercedit quaestio de vocabulis animalium, quaenam sint vel certae dialecti vel certae regionis, gentis, terrae propria. Sed fabularum quae quidem litteris traduntur natura ipsa a terra ac solo plerumque quasi avulsarum secum fert, ut argumenta in eis omnium hominum communia sint et locutiones nimis amplas sermonemque generalem induant poetae; itaque in fabulis nullum invenitur bestiae epitheton, quod certae regionis proprium intellegendum sit. Fortasse tamen nonnulla nomina ut *κνηκίας* (pro lupo) et *δασύπους* in eo numero ducenda esse supra exposuimus; sed certi quidquam erui non potest.

In eis autem animalium nominibus, quae extra fabularum traditionem recurrunt, talia satis multa exstant; ego haec collegi ex Hesychio, quamvis incerto in his rebus iudice, fere omnia petita:[2])

ἀγρακόμας] *ὄρνις*, Pamphylii.
ἀδηφάγοι] *ἵπποι*, Athenienses et Boeoti.
(*ἀκραμύλα*] *κοχλίας*, Tarentini).
ἀνεμώτας] *ὄνος ἄφετος, ἱερός, τοῖς ἀνέμοις θυόμενος*, Tarentini, cf. Et. M. 103,33.
ἀνωδόρκας] *ἰχθύς*, Thebani.
ἀργιόπους] aquila, Macedones.
βριαγχόνη] *βάτραχος*, Phoc.; (*βρι* *sehr*, *ἀγχόνη* *Heiserkeit?*).

---

1) Atque hoc quidem me non fugit in his linguae formationibus certo vix discerni posse, quae verba substantiva, quae adiectiva sint.

2) Alia permulta manca ac corrupta.

βρικός] asinus, Cyren.
βωλόρυχα] σῦς, Lacon.
γαφάγας (γαροτας)] σκώληξ, Syracus. („Erdfresser").[1])
δειρῆται] cycnus, Eleor. (*Hälsler*).
ζούγωνερ] βόες, Lacon.
θάπτα] μυῖα, Cret.
κάρτην = κεράστην?] βοῦς, Cret., cf. κεράμβηλον Thessal.
καλαμίδες] ἀκρίδες Ceronet. in Cypro.
καλλίαρ = καλλίας (cf. supra s. v.) Lacon.
κίλλος] Cypr. (cf. s. v. decolor).
κωτιλάδες] = χελιδόνες, Theban.
λιγάνταρ] εἶδος τέττιγος, Lacon.
μέμνων [2])] ὄνος, Argiv. (?)
μυχλοί] asini (?), Phoc.
μωρίαι] ἵπποι et βοῦς, Arcad.
ὀκτώπους] Att.-Ion.
ὀπισθοτίλα] σηπία, Boeot. (Phot.).
ταχίνης] lepus, Lacon.
φερέοικος] Boeot.: Hes. Erga 571 [3]) de cochlea, Lat. *domiporta* Cic. d. div. II 64 (133).
ὠβεοκόπτας] ὄφεις, Argivi.

---

1) cf. nostratium Maulwurf = moltwerf = Erdwerfer.

2) cf. ὑομέμνια ἑορτή τις ἐν Ἄργει (Hes.), ὑομεμνόνεια coni. Schmidt; fortasse in hoc festo sues et asini immolabantur (Herw.). De hodiernis apud Italos festibus bestiarum cf. Th. Trede, Das Heidentum in der römischen Kirche, Gotha, passim, praecipue vol. III p. 104.

3) [= Lat. domiporta]: *terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine cassam.* Exstat hic versus ap. Cic. d. divin. II 64 (133) non laudato poetae nomine; sed Lucilii veterum illius tragicorum irrisoris optime eum esse posse pauci ex eo quoque effecerunt, quod Pacuviana illa quae statim addit Tullius eo videntur irrideri: *quadrupes, tardigrada, agrestis, . . .* Similiter *domiseda, domiduca* etc.: Ernestus Fischerus, de vocibus Lucilianis selecta capita, Hal. 1881; sed hos versus Marxius non recepit in Lucilii editionem. Videtur certe hic versus ex gripho Graecorum apud Athenaeum II, 63 b servato ὑλογένης ἀνάκανθος, ἀναίματος, ὑγροκέλευθος translatus esse. Hunc tamen griphum popularia vocabula irrisoria in suum convertere usum Thiele censet.

Quae animalium nomina perlustrantibus nobis occurrit observatio haud neglegenda, Doricas et Aeolicas gentes non modo summum in iis obtinere locum, sed etiam certam et propriam in earum vocabulis inesse indolem. Ac profecto in nonnullis vocabulis velut *βωλόρυξ*, *γαφάγας*, *ὠβεοκόπτας* nonne pinguedinem quandam et asperitatem sentimus? Quae gentes pro suis moribus in his indendis nominibus asperrima verba praeferre videntur, atque Boeotorum e. c. *ὀπισθοτίλας* agrestis durique magis esse sermonis apparet. Tamen de omnibus idem non dicendum esse concedo. Veteres quidem ipsos tale aliquid sensisse verbis expressum invenies apud Strattidem in Phoenissis Boeotis illudentem (= Kock F C G I p. 725):

> *ξυνίετ᾽ οὐδὲν πᾶσα Θηβαίων πόλις.*
> *οὐδέν ποτ᾽ ἄλλ᾽. οἳ πρῶτα μὲν τὴν σηπίαν*
> *ὀπισθοτίλαν, ὡς λέγουσ᾽, ὀνομάζετε,*
> *τὸν ἀλεκτρυόνα δ᾽ ὀρτάλιχον . . .*

Contra in iis nominibus, quae per fabellas ad nos pervenerunt, aliter res se habent: quae quamvis non omnia attamen longe plurima orationis multo magis tersae comptaeque esse neminem effugiat, cum tamen pari observandi diligentia et subtilitate eniteant.

Alia sequitur disceptatio, num quae forte animalium vocabula a diversis hominum generibus vel cultus artiumque diversitate repetenda sint, ut alia fuerint venatorum, alia sacerdotum e. c., ardua quidem et multis partibus paene inaccessa quaestio, cum de his praecipue verbis omnia fere antiquorum testimonia hodie desint. Permultae voces ut in humilioribus linguae regionibus versatae cum numquam in litteras inductae essent, nobis hodie non sunt conservatae; ac multa certe exstabant nomina, quae vel hoc vel illo Graeciae Italiaeque angulo recondita vel iam diu intermortua numquam propagata essent. Tamen *ἀχαιΐνης* e venatorum, ‚terraneola' e rusticorum, ‚bidens' a sacerdotum

lingua originem ducere certo cognovimus aliis in vocibus integra relicta quaestione.

Sequitur quaestio illa, ad quam, ut in praefatione iam exposuimus, fere summa nostrae disputationis referenda est, quae nomina per scriptorum vel poetarum traditionem conservata inveniantur et quae a vulgari sermone initium sumant. Hac in re Graecorum et Romanorum scriptores fabellarum valde inter se discrepant; in his poeticam traditionem, in illis popularem plus valuisse cognovimus, cum tamen utrum recta via an circuitione quadam in verba inciderint auctores semper diudicari non possit.

Morum naturaeque bestiarum in nominibus imponendis scriptores quam rationem habuerint, quamquam antea iam sub vocibus disseruimus, tamen brevissime hic repetendo nomina ipsa coacervemus singula ad certam normam conferentes:

1) Nomina ad animos animalium spectantia;
καλλίας, μιμώ, κερδώ, (πτώξ), in fabulis sane paulo saepius obvia.

2) Nomina e corporum proprietatibus excerpta:
e colore *κνηκίας,* (decolor);[1]
ut hirsuta *δασύπους, laniger,* variis de causis indita [parvula: ob parvum corpus], *terraneola, peregrina volucris,* [auritus], *sonipes,* quorum rationes perspicuae sunt.

Illa tamen in transcursu commemorare volui, neque hoc prorsus differamus quaerere — et hic etiam eo revertimur unde principium disputationis sumpsimus —, num talia offendamus animalium nomina, quae fabularum propria vel per fabellas praecipue propagata esse eluceat; quod in *κερδώ* et *μιμώ* vocabulis verisimillimum visum est. Ac certo quidem in glossarum farragine coacervatarum quae talia nomina ab omnibus gentibus usurpata nobis tradant, multas voces eas inesse summa exstat probabilitas, quae in certarum gentium fabulis ad bestias significandas vulgariter exhibitae

---

1) De hac re vide Kellerum in commentatione illa de animalium nominibus.

acceptaeque fuerint; neque tamen, ubi ipsae evanuerunt fabulae, certi quidquam de hac re eruere possumus. Sed momentum non minus grave illud esse videtur, quod fabellis praecipue hominum animi in bestiarum naturam moresque observitanda advertebantur, ut quae certae sint animalium proprietates et animi et corporis, melius intellegeret vulgus et certae de eis sententiae fabulis imprimis propagatae ipsae quoque nova eorum procrearent nomina.

Appendix.

I.

De nominum usu et substantivo et adiectivo.

Adhuc ea protulimus animalium cognomina quae substantiva sunt; hoc loco annectimus ea, quae adiectivorum modo perusitatis animalium nominibus addita inveniuntur, non solum quod e variis his epithetis nova substantiva ad animalia denotanda procreabantur, sed quia ex his imprimis cognoscimus, quaenam praecipue bestiarum naturae moresque in fabulis significentur et quibuscum populus familiaritatem contraxerit. Ea epitheta, quae sine dubio poetarum artificiis ad certos carminum locos adornandos ficta sunt,[1]) afferre supervacaneum putabam, neque tamen certos omnino fines terminosque constitui potuisse natura rerum facile intellegatur; nomina usitatiora et pervulgata repetere nil attinet.

Accipiter Babr. 72,21 [2]) *ὁ νηπίων ἔφεδρος ὀρνέων ἴρηξ.*

Alauda B. 72,20 *κορυδαλλὸς σὺν τάφοις παίζων.*
88,1 *κ. ἐν χλόῃ νεοσσεύων,*
ὁ τῷ χαραδριῷ πρὸς τὸν ὄρθρον ἀντᾴδων.
(88,8 *παῖδες λοφηφόροι*).

Ph. App. 30,1 Avis quam dicunt terraneolam rustici.

---

1) Haec nomina *Gelegenheitsnamen* appellari possunt, cf. rustica p. 50.

2) Hae usurpantur notae: B. = Babrius, Cor. = Corais numeris secundum paginas, Av. = Avianus, Ph. App. = Phaedri appendix (ed. L. Mueller); Ph(aedr.) = Phaedrus.

(B. 225 *Ἀλκυὼν ὄρνεον . . . φιλέρημον διὰ παντὸς ἐν θαλάττῃ διαιτώμενον.*	Alcedo
Av. 33,3 volucris superba (cf. Mart. VI. 55,2; IX, 11,4: alitis superbae = Phoenix. XIV, 67, 2, cf. Ellis. comm.).	
B. 183,1 *Ὑμηττίη μέλισσα, κηρίων μήτηρ.*	Apis
B. 204,1 *σοφὴ ἀράχνη.*	Aranea
B. 111,17 *ὄνος πανούργως . . .*	Asinus
Cor. p. 158 *ὄνος, οὐκ εὔμοιρος, ἀλλὰ δυσδαίμων* (cf. B. 201).	
Phaedr. I, 11,6 auritulus.	
Av. 5,12 pavidae boves.	Bos.
B. 40,2 *κυρτὴ κάμηλος*	Camelus
(Cor. 137 *κύων θηρευτικός,* 228, 232 *ἰχνευτὴς κύων*)	Canis
(51 *μελιταῖα κυνίδια* ex insula Melite appellata).	
55 *θηρευτικός . . οἰκουρός.*[1])	
95,51 *σοφή* (!) *κύων* (cf. *κερδώ* fem.).	
Ph. App. 24,3 dentatus canis. Ph. V, 10,7 latrans senex (= Ov. met. VIII, 412 e. c.), cf. volantes = aves, natantes = pisces etc.	
B. 45,5 *αἶγας κεροῦχους ἀγρίας.*	Capra
Cor. 232 adn. *θοὴ κεμάς.*	Cerva
70 *ἡ δειλαία ἔλφος.*	
B. 95,87 *τὴν ἀχαιίν[ην.* turnacus = cervus Romulus (Thiele p. 56).	
B. 43,1 (a) Crus. *ἔλαφος εὔκερως*[2]) *ἀχαιΐνης;* cf. cornuti arietes Romulus (– Oesterley p. 72)	
Av. 34,11 decolor . . . supplex (non ‚discolor' cf. s. v.)	Cicada
Ph. III, 16,10 garrula.	

---

1) Canum varii colores hi nominantur B. 85, 14 sqq.: *μέλανες, τεφρώδεις, πυρροί, διάργεμοι (στήθη), λευκοί.*

2) Zachariae ‚de dictione Babriana' Lips. 1875 p. 5 confert Soph. O. C. 568.

Ciconia	B. 13,6 *πελαργός εἰμι...,*
	de se *πτηνῶν πελαργὸς εὐσεβέστατον ζῴων· τὸν ἐμὸν τιθηνῶ πατέρα καὶ νοσηλεύω.*
	Ph. I, 26,11 peregrina volucris.
Columbae	Ph. I, 31,6 (col.) genus inerme
Cornix	B. 33,4 *κολοιῶν ἔθνος . . . δυσφώνων.*[1])
	72, 10. 11. *κολοιὸς . . . (γέρων) κορώνης υἱός.*
	Ph. App. 24,1 odiosa cornix.
Equus	B. 76,3 *παραστάτην γενναῖον ἐν μάχαις* (73,2 *ἵππου . . . χρεμετίσαντος εὐφώνως).*
	Ph. IV, 4,3 sonipes.
	Ph. App. 2, 7 equi velocis.
	Cor. 338 *ἵππος ὁ ταχυδρόμος.*
Fiber	Castor, cf. supra de App. 28,2.
Formica.	cf. fab. Cor. p. 60.
	Av. 34,15 parvula.
	B. 108,8 *μύρμηκος (βίον) ταλαιπώρου.*
	[Ph. IV, 25,10 rustica].
Gallus	B. 5,1 *ἀλεκτορίσκος*; 124, 11. 12 *γενειήτην ἀλεκτορίσκον,* ibidem gallus de se ipse: *τὸν ὠρόμαντιν...; ὄρνεις οἰκίης* B. 17,1; 3 *ἀλέκτωρ πινυτὸς ἀγχυλογλώχιν.*
	Cor. 92 *ἔπαυλοι ὄρνεις.*
	Cor. 64 *(ὄρνις καὶ χελιδών).* 77. 92 etc.; 87 = gallinae: *ἀλέκτορες δύο δι' ὄρνεις ἐμάχοντο.*
	316 *ὁ ἐπὶ τῆς οἰκίας ἀλέκτωρ.*
	(343 *οἱ ἀλέκτορες* de ‚*ὄρνις*' decertant).
Grus	Cor. 230 *εὐφυὴς γέρανος.*
	B. 13,2 *γεράνους σποραίων πολεμίας (συνειλήφει)* (65,1 *Λίβυσσα γέρανος).*
	Av. 15,1 Threicia volucris.
Haedi	Av. 42,4 lanigeri greges

---

1) *λάλος* Hes., *τανύγλωσσος* Od. ε 66, *κλάριζα* Hes. Erga 747 sive *λακέριζα* Hes., *κράκτρια* Hes.; Latine garrula Ov. amorr. 8, 5, 22 etc., cf Sturzii opuscula p. 180.

Av. 13,3 hirsutus ... Cinyphii ductor qui gregis esse solet. (ibid. ‚putide' compellatur; v. 12 h. olens). [Ph. IV, 9,10 barbatus]. — Hircus

B. 72,16 χελιδὼν ὡς Ἀθηναίη. — Hirundo
B. 118,1 ξουθὴ χελιδών, ἡ πάροικος ἀνθρώπων.
131,7 χελιδὼν μικρὰ τιττυβίζουσα.
15 τὴν λάλον χελιδόνα.
164,2 ἡ φρονιμωτάτη χελιδών.
6 h. σύνοικος hominum est.
Cor. 119 χελιδὼν Ἀθηναία.
187 ξένη χελιδὼν ἡ τοῖς ἀνθρώποις συνοικοῦσα.

B. 82,5 ὁ πάντων θηρίων δυναστεύων. — Leo
Cor. 504 ὁ λέων τύραννος.

B. 25,3. 4 ἀδρανέστατον ζῴων ψυχάς τ' ἄτολμοι, μοῦνοι εἰδότες φεύγειν. — Lepus
69,1 λαγωὸν δασυπόδην (Crus.) }
Cor. 225 δασύποδες subst. }
B. 69,4 ὁ πηλίκος = parvus.
102,10 ὁ πτὼξ λαγωός.
Cor. 35 πτῶκες subst., 237 πτώξ subst. (Tetrast. Crus. p. 280).
B. 177,3 testudo leporem compellat: ἐγὼ σὲ τὸν ταχύποδα ποσσὶ νικήσω.

Av. 1,2. 42,14 rabido lupo (v. 6. raptor). — Lupus
Cor. 406 λύκον διωκτῆρα.
Ph. App. 17,5 malfici (Gen.). Romulus Oest. p. 79 impius lupus.
B. 113,2 κνηκὸν λύκον, 122,12 τὸν κνηκίην (subst.). (128,14 λύκον διωκτῆρα). Tetrasticha a versificatoribus recentioris aetatis conglutinata 27 b (Crus.): τὸν λυμαντῆρα λύκον.
(B. 16,8 λύκαινα ἡ σύνοικος).

B. 12,3. 19. ἀηδόν' ὀξύφωνον (= Cor. 90)[1]. — Luscinia

1) cf. Soph. Trach. 963.

	12,18 (Crus.) σοφὰ λαλοῦσα.
	Cor. 5 ἀηδόνα ποικιλόγηρυν.
Milvus	Cor. 5 ὠκυπέτης ἴρηξ, τανυσίπτερος ὄρνις.
Mulus	Ph. App. 2?,7 mulus clitellarius.
Mus	(Av. 31,1 mus parvus).
	(Cor. 161 χερσαῖος μῦς; 196 μ. ἀρουραῖος — ἀστικός (οἰκόσιτος).
	B. 107,2 ὁ οἰκότριψ κλώψ. cf. 108,4. 220,4. 108,14. 27; 191.
	Ph. IV, 2,11 mures veloces.
Mustela	Cor. 190 οἰκοδέσποινα compellatur.
	B. 27, (4: ὠφέλουν) θηρῶσα μῦς τε καὶ σαύρας αἴλουρος.
	121,2; γαλῆ ἠπίβουλος 135,5. μυοκτόνος 135,9.
Ovis	Ph. I, 1,6 laniger subst.
	I, 17,8 bidens subst.
	I, 5,3 patiens ovis iniuriae. (cf. B. 93,5 μωρὴ ποίμνη καὶ τὰ πάντα βληχώδης).
	B. 137,1 ἄρνα λιπαρόν.
Pardus	B. 180,1 Στικτὴ πάρδαλις.
	Av. 40,1 distinctus maculis et pulchro pectore pardus.
Pavo	Av. 15,1 Iunonius ales.
	Cor. 230 ταὼς χρυσόπτερος.
	B. 65,1 ταὼς εὐπήληξ; cf. Leonidae Tarentini epigramma dedicatorium, = Anth. Pal. VI, 120. Suid. ταώς· εὐπήληξ.
	Phaedr. I, 3,7 pavonum formoso gregi.
Perdix	B. 124,4 πέρδικα ποικίλον.
Pisces	Av. 14,5 squamigeri pisces; 38,3 squ. agmen.
Rana	βάτραχοι -φρῦνος (B. 24,3 β.... λιμνάδας χοροὺς ἦγον).
	B. 120,1 ὁ τελμάτων ἔνοικος, ὁ σκιῇ χαίρων, ὁ ζῶν ὀρυκτοῖς βάτραχος παρ' εὐρίποις.
	(χλωρός 120,8; 4: ἰατρὸς... φαρμάκων ἐπιστήμων).

B. 191 *βάτραχος … τὸ βρεκεκὲξ κοὰξ ἀνακράζων.*
Tetrasticon a versific. rec. aet. conglut. 29 b: rana *χωλόπους* compellatur (*χωλός* ap. Babr.).
(Ph. I, 2,10 ranae vagantes liberis paludibus).
I, 6,6 (quaedam) stagni incola: ad quod v. Schwabe (ed. 1806) I p. 325.
Av. 6,1 Edito gurgitibus limoque immersa profundo
Et luteis tantum semper amica vadis (cf. Babr.).

B. 157,7 } *μιμώ* subst. — Simius, a.
Cor. 177 } „ (in prosam orationem traductum).
cf. B. 157,5 *μίμηλόν ἐστι φύσει ζῷον ἡ πίθηκος …*
[B. 56,4 *πίθωνα γυμνὸν σιμὸν (ἠρμένη): πίθων* vox, cf. *πίθων* Epicharmi fabula in Kaibel. comic. Graec. fgm. I, p. 111.
Av. 14,9 informis.

B. 206 *Στρουθὸς Λίβυσσα.* — Struthio

B. 33,5 *ψᾶρες ὄλεθρος σπερμάτων ἀρουραίων.* — Sturnus

Cor. 32 *μονιός (ἄγριος),* [= solitarius; accipitur haec vox peculiariter pro porco agresti, qui solitarius pascitur; cf. Phot., Suid., Hes.; Suidae *μονιός* est *μονόλυκος* quoque, lupus solivagus]. — Sus
B. 95,17 *σῦς ἀγνώμων.*[1])
Ph. II, 4,3 sus nemoris cultrix.
v. 12 (cubile) setosae suis.
V, 10,4 hispidi suis.
Av. 30,1 vastantem segetes et pinguia culta ruentem … suem.

B. 170,1 *πηρὸν σπάλαξ καὶ τυφλὸν ζῷον.* — Talpa.

B. 23,2 *ταῦρον κεράστην.* — Taurus
37,1 *δαμάλης … ἀτριβής ζεύγλης.*
7 *μόσχος ἀδμής,*

---

1) Aliarum bestiarum naturae eodem loco descriptae: *ἄρκτος νωθής, πάρδαλις θυμώδης, τίγρις ἀλαζὼν καὶ τὸ πᾶν ἐρημαίη.*

107, 4 *κερασφόρους ταύρους.*

Testudo B. 115, 1 *νωθὴς χελώνη.*
5 *χέλυμνα.*

Tigris Av. 17, 3 audax tigris.

Vulpes B. 11, 1: *ἀλώπεκ' ἐχθρὴν ἀμπέλων τε καὶ κήπων.* 50, 10 *πανοῦργος.* 50, 13 *κερδώ.* 81, 3. 1 *κερδοῖ.* 82, 4. 95, 10. 95, 36. 43. 47. 99. 101, 5. 106, 9. 16. 20 (*κερδὼ: σοφή*). 103, 11 *σοφὴ ἀλώπηξ.* Cor. 132, 148, 194, 219 etc. etc. B. 77, 2 *ἀλ. κερδῴη;* 77, 10 *ἡ σοφὴ (κερτόμῳ γλώσσῃ εἶπε).* [95, 9 *λόγοι μελίγλωσσοι*]. 95, 52 *πλέκουσα τέχνας καὶ πανουργίας πάσας.*
49 *κινήσασα βυσσόθεν γνώμην.*

(vulpes *ὦ στύγημα* compellatur B. 95, 62; ibid. *ἀλωπεκίζειν* invenitur).

B. 19, 2. 3 *ποικίλη κερδώ*; (cf. 130, 1. 2. *ἀλ. βουλὰς ἐκίνει ποικίλας τί ποιήσει,* etc.).

B. 158: „*ὄντως πολλὰ κερδαίνεις, ὅτι ὄνομά σοι κερδώ ἐστιν;*“ lepus autem ibi captus ita declarat nomen ironice: „*ἔμαθόν σου τὸ ὄνομα πόθεν ἐστίν· οὐκ ἀπὸ τοῦ κερδαίνειν, ἀλλὰ ἀπὸ δολοῦν.*“

B. 177, 7 *ἀλώπηξ ἡ δικαία καὶ σοφωτάτη.*

B. 82, 6 compellatur *ὦ παλαμναίη*, cuius manus caede contaminatae sunt; cf. *ἀναιδείης ὀφρὺν ἔχουσα καὶ μέτωπον (εἱστήκει)*; pardo vulpes: *σοῦ ἐγὼ ἔχω ποικιλωτέρην γνώμην*; cerva vulpi B. 95, 62 *ὦ στύγημα,* etc.

= Av. 6, 9 vulpes astuta.
Av. 40, 7 arguta... vulpes.
Ph. I, 13, 11 dolosa vulpes.
Ph. App. 30, 3 inprobae vulpeculae.

II.

De catulorum nominibus.

Quanta cum Romanis tum Graecis exstet varietas ac copia verborum, et e vocabulis supra iam commemoratis et e permultis illis elucet nominibus, quae eidem fabularum poetae animantium catulis indiderunt. Aelianus d. nat. anim. VII, 47 [1]) quamvis totum operis sui caput his appellationibus tribuat, tamen haudquaquam omnia catulorum nomina profert neque multa in fabellarum provincia adhibita. Talia cognomina, ut re ipsa iam apparet, eis praecipue significationibus utuntur, quibus catuli ut proles exortae cum germinibus conferantur; sed in quibusdam bestiis quaedam voces, ut *ἔριφος* in simia, numquam dicuntur, in aliis vocabula primo universalia quae ad omnes pertineant bestias, ut *μόσχος*, de una praecipue usitantur; alia per *-ίδιον* vel *-ιδεύς* et *-άριον* deminutive procreantur. Primo catulorum nomina ab Aeliano comparata repetamus, cum ex hoc numero illa quae in fabellis legantur per stellas denotemus; deinde varia e fabulis deprompta adiciamus. Vocitantur pulli

Leonum: *σκύμνοι* *) et *λεοντιδεῖς* Aristophane Byzantino teste.

Pantherarum: *σκύμνοι* et *ἄρκηλοι*, sed aliquos scriptores *ἀρκήλους* genus a pantheris diversum facere.

Thoum: *σκύμνοι*, tigridum et formicarum item; lyncis quoque.

Simiarum: *σκύμνοι* et *πιθηκιδεῖς*.

Bubalidum: *πῶλοι* *) (orygum quoque ut videtur Arist. Byz. teste).

Canum et luporum: *σκύλακες* *) et *λυκιδεῖς*, *) aetate vero et magnitudine iam provecta eadem bestia *μονόλυκος* (solitarius lupus) dici solet.

---

1) Quo de capite cf. Fresenium: de *λέξεων* Aristophanearum et Suetonianarum excerptis Byzantinis, Aquis Mattiacis 1875.

Leporum: *λαγιδεῖς, πτώξ*), ταχίνας*)* ap. Lacedaem. (Vulpium cf. al. locos).

Aprorum: *μολόβρια* (ob adipem?), unde et sus ipse *μολοβρίτης* (Hippon.); est et sus quidam *μονίας* (solitarius).

Caprarum: *δορκάδες,*) ζόρκας* et *πρόκας*.

Hystricum etc.: *ὄβρια* (Eurip. Peliad. fr. 616, Aesch. Ag. 142 et Dictyulcis fr. 48).

Avium, serpentium, crocodilorum: *ψάκαλοι* (Thessalis quoque), *δρόσος, ἕρσαι*.

Aviculae recentis nomen: *ὀρτάλιχοι,*)* gallinacei pulli *ἀλεκτοριδεῖς,*)* cf. *χηνιδεῖς* (boeot.), *χηναλωπεκιδεῖς*.

Hirundinis pullus: *μόσχος* Achaeus fr. 47.

Quibus haec pullorum nomina in fabulis usurpata addamus:

κυνίδια Cor. 51 (371 *κυνίδιον πάνυ ὡραῖον*, ibid. *σκύμνος*).

ἀετιδεῖς Cor. 1, eadem „*ἄλλως*" fabula *σκύμνοι*, aliis locis *νεοττοί, τέκνα* peculiariter; *νεβρός* 25; 42 *νεογνὸν λύκου σκύμνον*.

κυνάριον Cor. 185, 397.

ὀνάριον Cor. 225, *ἀρνίον* Cor. 350, 378.

ἀμνάς agna Cor. 179.

ἔριφος de haedo parvulo Cor. 54, 318.

μόσχος de tauro (cf. *μοσχίας* de lepore parvulo Poll. V 74, = *τριέτης*). Cor. 107.

δάμαλις iuvenca Cor. 107.

δέλφαξ porcellus Cor. 109; *χοῖρος* pg. 153.

πῶλος de equo Cor. 227, 245.

Quae a Latinorum poetis fabularum eiusmodi offeruntur nomina, ea in usitatioribus esse apparet: Phaedr. I, 28, 3 *vulpini catuli* (v. 12 *nati*); ibid.: v. 4 *pullis* (aquilae). III 12, 1 *pullus gallinaceus*. II 1, 1 *iuvencus*. II 4, 15 *porcelli* demin. III 3, 5 *agni*. V 9, 3; Av. 36, 1 *vitulus*.

VITA.

Natus sum Carolus Ulbricht, Borussus, prid. Id. Mai. anni 1884 Soraviae in oppido Lusatiae Inferioris, patre Paulo matre Anna e gente Hoffmeister, quos ambo mihi adhuc superstites esse magnopere laetor. Fidei addictus sum evangelicae. Primis litterarum elementis imbutus inde a vere anni 1893 Gymnasium Soraviense frequentavi, quod tum Edmundo Hedicke, postea Friderico Schlee viris doctissimis atque humanissimis rectoribus florebat. Examine pro maturitate academica superato vere anni 1902 almam matrem petii Bonnensem, ut studiis philologis operam navarem. Atque per sex menses in pulcherrima artium elegantium et ingenuarum sede Rhenana versatus Gottingam transmigravi. Insequentis anni autumno civibus Universitatis Berolinensis adscriptus sum. Unde post bis sex menses Marpurgum me contuli, ut finem studiis imponerem. Docuerunt me viri doctissimi Bonnenses: Erdmann Gothein Jaeger Nissen Radermacher Usener; Gottingenses: Baumann Busolt Dilthey Husserl Leo Rabbow Schwartz Wackernagel; Berolinenses: Diels Hintze Eduardus Meyer Paulsen Pfleiderer Roethe Schmidt Vahlen Wentzel Wilamowitz Winnefeld; Marpurgenses: Birt Cohen Elster Kalbfleisch Maass Natorp Thiele Vogt Wechssler. Exercitationibus interfui philologis Radermacher Leo Schwartz Kalbfleisch Thiele moderantibus, philosophis Baumann Cohen Natorp, historicis Busolt regentibus. Quibus praeceptoribus gratias habeo quam maximas; imprimis vero Georgium Thiele grata semper prosequar memoria, cuius ab exercitationibus de Phaedri fabulis habitis haec dissertatio originem sumpsit; idem antiquarum fabularum peritissimus indagator in opusculo hoc conficiendo insigni humanitate me adiuvit; neque umquam Maassium grato animo colere desinam, qui et ipse huic opusculo nonnulla liberali studio adiecit.

UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 06291 9553
JAN 11 1928
UNIV. OF MICH.
LIBRARY